LVCIANI

VITARVM AVCTIO
PISCATOR

EDIDIT

JOEL B. ITZKOWITZ

STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMXCII

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Lucianus ⟨Samosatensis⟩:
[Vitarum auctio]
Luciani Vitarum auctio. Piscator / ed. Joel B. Itzkowitz. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1992
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-519-01515-3
NE: Itzkowitz, Joel B. [Hrsg.]; Lucianus ⟨Samosatensis⟩: [Sammlung]

Printed in Germany
Satz und Druck: INTERDRUCK Leipzig GmbH
Buchbinderei: Gutenberg Buchbinderei und Verlag GmbH

PARENTIBVS CARIS

SIGLA

ad praefationem pertinentia

↓	=	linea cadit
↓↓	=	pagina desinit
⋮	=	marg. invenitur
:	=	sententia desinit
codd.	=	alii, plerique vel ceteri codices
^{2}	=	incipit seriem excepto librario ipso emendatorum
( )	=	compendium vel contextus impletus

PRAEFATIO

Quattuor et viginti annos natus O. M. Margarita viro doctissimo magistro et familiari auctore codices aliosque testes Luciani textus traditionis ad editionem construendam inspicere coepi. Cursum quaestionum aliorum virorum doctorum eo pervenisse ut non tantum lectionum varietas sed immo magis libelli singuli quo ordine in codicibus se offerrent index recensionis traditionis paulatim praestaret enotavi. Cum lucubrationum horum VV.DD. recensitarum praesertim Rothsteinii et Mrasii maximi momenti esse viderentur tamen fortasse audacius quam oporteret totam vel maiorem partem traditionis digerere et enucleare, stemmaque perfectum construere conatos rebar. Cur quaestionum VV.DD. cursus hac progressus sit facile, candide lector, conicias, si Luciani codices plus quam CLXXX, libellos plus quam LXXX non eodem modo singulis codicibus distributos exstare in mente habes. Concedendum vero viros doctos cum alios tum Mrasium serie vel exemplaribus plurium libellorum per codices distributis ita ut potis esset in duas familias quae β et γ appellantur plurimos codices coniunxisse. Sed in singulis eventus non tam firmus est ut declarare possimus totius traditionis quasi angiportus et arcana in lucem allata esse, nam primo recentiores codices et aliqua ex parte antiquiores ut mos variis vicissitudinibus multiplicem quod attinet ad libellorum ordinem faciem offerunt, dein in singulis ut apparet libellis textus vicissitudines ad varias discrepantias variis modis evenerunt, et quod est ni fallor magni momenti difficile est dictu qua-

tenus series quae exemplaris iam propositi lacunas vel transpositiones monstrat, re vera ei exemplari an fortunae vicibus assignanda sit. Praeterea cum ad ultimum lectionibus ad textum constituendum uti oporteat melius est ut opinor accuratissime codicum manuscriptorum collationes lectionum adparari et quae alia singularia vel propria singulis codicibus exstant enotare, ordinem libellorum quasi ancillam, non compendium, ad nostram investigationem adiuvandam et confirmandam adhibere.

Recentiores praesertim singulorum libellorum editores, e. g. J. Coenenius, recognoverant coniecturas Mrasii in singulis caute recipiendas, Luciani textus traditionem tam multiplicem ut solum in quoque libello separatim recensendo vestigia traditionis accuratissime conspicere posses. Et ego laboribus coeptis cum Mrasii opus magnum et amplum esset tamen quod ad lectiones et codicum indicia attineret aliqua ex parte deficiens investigatione lectionum accuratiore vel ampliore confirmandum aut refutandum cogitavi. Cum temporis autem necessitate opus mihi esset ad unum vel duo libellos Luciani inquisitionem astringere, dialogos qui *Vitarum Auctio* vel *Venditio* et *Piscator* inscribuntur recensere decrevi, et hos non solum quia per se auctoris artis illustrissima exempla sunt, verum etiam quod occasionem determinandi praebent quo usque libelli mente auctoris, perque saecula, ut apparet, medii aevi (ut ordo horum libellorum qui codicibus in antiquis exstat ostendit) artius conexi, lectionibus duabus classibus ambo una per codices singulos adhaereant. Hac investigatione quod ad lectiones horum dialogorum attinet profunda, ad corpus tamen totum Luciani angusta, spero te, benigne lector, meas coniecturas omnino ad hos solum libellos applicandas intellecturum.

Tempus nunc est codices manuscriptos aliosque testes describere. Ad hos dialogos recensendos codices XLI,

id est, quoad scio, omnis qui hos libellos continent contuli, editionumque antiquarum V.

Codices ut constat dividuntur in duas classes quae β et γ inscribuntur. Codices hic prima recensione **rudi** exacta per ordinem quoad erroribus communibus aliisque antiquos cuiusque classis sequuntur digessi. Codices classis β seu primae hi sunt: β γ

Vindobonensis phil. gr. 123, membr., saec. X, foll. 160, ab uno librario exaratus. Codex olim multo amplior erat, foliis initio, medio, fine, ut vid., perditis. Formas duas codex praebet, nam foll. 1–125v (foll. 5v–15r *Piscator* continetur) binas columnas, 126r–160 singulas columnas, VIII foliis post 125v excisis, continent. Librarius binis punctis ad sententias determinandas usus est. Nomina personarum rara (in *Pisc.* desiderantur). Scholia multa adsunt sed marginibus resectis aliqua verba pessum data sunt. B

Vaticanus gr. 1324, membr., saec. XI. Continet foll. 129, aliquibus initio pessum datis; *V. A.* foll. 61r–68r, *Pisc.* 75r–87r continentur. Librarius divisiones sententiarum binis punctis enotavit. Nomina personarum in marg. adscripta in *V. A.* praesto sunt, sed *Pisc.* aut caret aut solum signum ⋟ monstrat. Scholia et emendationes rarae. Manus cum librarii ipsius tum saltem trium recentiorum redactorum distinguere possumus. U

Laurentianus Plut. 11.13. Codex chart.[1]), saec. XIV, foll. 131, cum scholiis, madore fine corruptus, continet praeter opera Luciani dialogum false Platoni adscriptum *Axiochum* et Philonis opus quod inscribitur *Vita Moesis* eadem manu qua Luciani opera exaratum; manus alia duas Pselli epistulas scripsit. *V. A.* desideratur, *Pisc.* nunc solum foll. 𝔑

1) hac voce et chartas occidentales (quae artificum notas monstrant) et orientales (quae alibi 'bombycinae' appellantur) ambas e lino vel sim. confectas indicavi.

129v–131v ad cap. 15 εἴσῃ αὐτίκα pertinet. Nomina, ut vid., desunt. Interpunctionem omnino singulis punctis magno cum intervallo librarius distinxit.

a Laurentianus Plut. 32.48. Codex chart., saec. XV, foll. scr. 123, eleganter exornatus; continet praeter Luciani opera, Ioannis Rhosi manu exarata, Theognis poemata manu alia scripta. Emendationes rarae. Divisiones sententiarum singulis punctis librarius enotavit; nomina quaedam intra lineam apparent. *Pisc.* desideratur, *V. A.* foll. 40r–46v (numer. Bandinii) ad παρὰ τῶν νέων, c. 24, pertinet.

𝔇 Vaticanus Ottobonensis gr. 330. Codex chart., saec. XVI/XVII exaratus, foll. scr. 60. Continet Luciani *V. A.* foll. 1–14r, 14v sqq. dialogos qui inscribuntur *Deorum Dialogi* inter quos Θεῶν κρίσις invenitur. Fol. 47v post finem praecedentium titulus ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ ↓ Δωρίδος καὶ Γαλατείας· Δωρίς nullo cum textu occurrit. Foll. 48r sqq. Isocratis ad Demonicum tractatum continent. Emendationes rarae. Nomina quaedam intra lineam exarata nescio qua causa marg. a librario, ut vid., iterata. Interpunctionem singulis punctis magnoque intervallo librarius enotavit. Nomina frequenter compendiose scripta. Litterae initiales magnae praesto. Multa foll. vacua. Codicis habitus bonus.

s^7 Vaticanus Urbinas gr. 121. Codex membr. nitide scriptus, cum scholiis latine scriptis, saec. XV, foll. 66. Continet libellos Luciani qui inscribuntur *Charon*, fol. 1r, *Calumnia*, fol. 11r, *Pisc.*, foll. 19v–35r, *Icaromenippus*, fol. 35r, *Timon*, fol. 48r, *Juppiter Tragoedus*, foll. 61r–65v καὶ τάξει τῇ προσηκούσῃ ἐξηγούμεθα, c. 17. Sine scriptura est fol. 66. Inter lineas textus versiones latina lingua exaratae praesto. Emendationes perrarae. Nomina intra lineam inveniuntur. Interpunctionem binis punctis librarius enotavit. Tituli et initialia a librario, ut vid., exarata.

Vaticanus gr. 76. Codex chart., cum scholiis et emendationibus creberrimis, saec. XIV, foll. 294. Continet cum Aristidis et Demosthenis tum Luciani opera, foll. 240r–294v, quorum *Pisc.* in foll. 273v–276r invenitur. Duobus codicibus re vera liber constat quorum primus foliis 1–99, alter foll. 100–294 consistit, sed hunc ipsum duabus partibus constare manifestum est, nam quaternionum notarum duo globi quorum alter fol. 200 incipit adsunt. Complures manus alia interdum post rasuram correxerunt, alia adnotatiunculis illustraverunt. Correctorum unus intra lineam nomina disposuit, sed multa, e. g. in *Pisc.,* desiderantur. Librarius interpunctionem raro binis punctis, saepius singulis et magno, saepius parvo intervallo enotavit. Chartae praesertim posteriore parte codicis librarius sic pepercit, ut *Pisc.* solum ad III folia occupet. Multa folia maculata, multa refecta, quaedam amissa. Margines resecti. P

Vaticanus gr. 87. Codex chart., magna ex parte saec. XIV, foll. 564 (+6[a] 6[b]). Praecedunt Pauli Silentarii *Hemiambi in Thermas Pythicas* et epigrammata. Sequuntur plurima Luciani opera quorum *V. A.* in foll. 72r–77r, *Pisc.* foll. 77r–86v inveniuntur; post fol. 469v Philostrati maioris et Callistrati opera. Scholia et emendationes perrarae. Nomina intra lineam plerumque praesto, nonnulla desiderantur. Interpunctionem modo binis modo singulis punctis magno intervallo librarius enotavit. Aliorum foliorum margines madore corrupti, aliorum refecti. 𝔄

Vaticanus gr. 224. Codex chart., saec. XIV, foll. 305, variorum auctorum varia opera variis manibus exarata continens. Lucianea foll. 70r–146v, 202v–203r, 243v–305v tribus manibus ex ordine partium exarata, continent. Foll. 202v–203r solum tractatus qui *Asinus* inscribitur initium usque ad μηδαμῶς ἔφην ὦ μῆτερ, c. 1 habent. Nostri dialogi in foll. 295r–299v (*V. A.*), foll. 286v–295r Σ

(*Pisc.*) inveniuntur. Ad codicis finem *Dialogorum Deorum* 24 et 25 inveniuntur, 305r–305v. Scholia in prima Lucianeorum parte compluria, perpauca in aliis, apud nostros libellos nulla. Emendationes rarae. In ultima Lucianeorum parte nomina intra lineam exarata, nonnulla desiderantur. Interpunctionem singulis punctis magno intervallo enotavit librarius. Ultimam partem sui iuris manifestum est, nam initio (fol. 243v) praetexta est eleganter, ornataque litteris his magnis: ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. Folia passim tineis maculata, turpiter refecta.

χ Vaticanus gr. 2177. Codex chart., cum scholiis, saec. XV, foll. 132, Luciani libellos continens, quorum *V. A.* in foll. 90r–95r, *Pisc.* foll. 100v–109r inveniuntur. Scholia in *V. A.* desiderantur. Emendationes paucae. Nomina intra lineam plerumque, in margine cum linea et sententia simul incipiunt. Interpunctionem modo binis modo singulis punctis magnoque intervallo librarius enotavit. In *Pisc.* alibi tam parvum intervallum est, ut nomen supra lineam positum sit, alibi linea per intervallum ducta. Habitus bonus, nonnulla folia tineis perterebrata vel refecta.

Ψ Marcianus gr. 436. Codex chart., cum scholiis et emendationibus creberrimis, saec. XIV init., foll. 161; varia opera variorum auctorum una manu praeter quisquilia quaedam, ut vid., exarata adsunt. Luciani libellos foll. 4r–90v, 91r–98r habent, quorum *V. A.* in foll. 60v–64r, *Pisc.* foll. 68r–76r continentur. In *V. A.* scholia vera non occurrunt, sed variantes lectiones et supplementa praesto. Nota ὠρθώθη in *V. A.* et aliis librarium quod scripsisset recensuisse et emendasse indicat. Quaedam per rasuram correcta. Praeter librarii duae saltem manus ad textum corrigendum laboraverunt. Nomina quorum nonnulla desiderantur intra lineam plerumque scripta. Interpunctio singulis punctis magno intervallo enotata. Ut in Vat. gr.

2177, rubricator modo lineas per intervalla ad sententias enotandas suppeditata duxit, modo nomina nullo intervallo proviso exaravit. Codex festinanter, ut vid., paratus, compendia creberrima. Multa folia madore infecta, nonnulla refecta. Margines resecti.

A Vratislavensis Bibl. Mun. et Univ. II.M.12. Codex membr., saec. XV, foll. 316, eleganter ab Ioanne Rhoso, ut opinatur V.D. Nilenius, exaratus. Luciani plurima continet quorum *V. A.* foll. 243r–248r et *Pisc.* foll. 253v–262v inveniuntur. Folia ut ex indice discimus XVIII desiderantur. Scholia, variantes lectiones et emendationes paucae. Nomina intra lineam aut in margine, interdum intra lineam et in margine simul exarata, frequenter desiderantur -- e.g. in *V. A.* solum ΖΕΥΣ initio, in *Pisc.* nulla praesto. Interpunctionem singulis punctis quae nominibus praesentibus desunt maximo intervallo librarius enotavit. Codex nitide litteris initialibus maiusculis titulisque exornatus. Folia passim paulum madore vel tineis maculata.

N Parisinus gr. 2957. Codex chart., saec. XV, foll. 453 (+279 „bis"), omnia Luciani genuina praeter *Dial. Mer.* 5 et *De Morte Peregrini* continens. *V. A.* foll. 414v–419v, *Pisc.* foll. 419v–429r inveniuntur. Scholia et emendationes perrarae. Nomina in marginibus exarata. Interpunctio modo binis modo singulis punctis magnoque intervallo notata, nonnumquam autem brevi intervallo adhibito interpunctionem discernere difficile est.

C Parisinus gr. 3011. Codex chart., cum scholiis et emendationibus, saec. XIV et XV, foll. 334, diversis manibus exaratus, quarum vetustissima foll. 5–195, 210–241 (C^{b}), paullo recentior foll. 196–209 (C^{c}), hac recentior foll. 242–262 (C^{d}), recentissima, saec. XV, 1–3r, 4, 263–334 (C^{a}) inveniuntur. *V. A.* foll. 190v–194r (C^{b}), *Pisc.* foll. 201v–209v (C^{c}) usque ad c. 41 εἶναι σοφὸν κεῖται δὲ,

210r–211r, μέσοισι δύο ad finem (C^b) inveniuntur. Fol. 131v, marg. inf., elaborato sub limbo, partis b librarius scripsit: ἐνταῦθα ἐπληρώθη ἡ βίβλος τῆς μον(ῆς) τοῦ πανεπόπτου, quod indicat finem hic pristinum fuisse, serius exemplari, ut opinatur Coenenius, alio adsumpto cetera exarata. Scholia et emendationes cum ab aliis tum librariis exarata. Nomina alia partis b frequenter desiderantur, alia margine variis manibus exarata. Partium d et c nomina (h. e. in *Pisc.*) desunt. Nomina in parte „a" pauca. Partium b–d interpunctionem binis punctis, partis „a" singulis maioreque medio in intervallo puncto librarii enotaverunt. Scholiorum praesertim partis d quaedam marginibus resectis amissa. Folia pauca excisa, multa madore maculata.

u Parisinus gr. 3012. Codex chart., saec. XIV, foll. 266, *Apologiae* Platonis partem, Stobaei fragmenta, Demosthenis Ulpiani cum commentario et Aristidis orationes, Luciani libellos continens. Hos foll. 1–117 quorum *V. A.* foll. 19v–26v, *Pisc.* foll. 83r–94v habent continent. Series foliorum nunc disturbata, quaedam sine dubio desunt. Scholia et emendationes passim dispersa. Nomina plerumque a librario aliaque manu intra lineam exarata. Nonnumquam per intervallum quod inter sententias exstat linea ducta. Nomina quaedam desiderantur, in *Pisc.* omnia desunt. Interpunctionem singulis punctis magnoque intervallo librarius enotavit. Praeter aliorum foliorum iacturam aliorumque confusionem codex valde madore inprimis foliorum partibus superioribus tam foedatus ut textus interdum pessum datus sit. Nonnulla tineis laesa, nonnulla refecta.

D Bodleianae Bibliothecae Barrocianus 56. Codex chart. cum scholiis et emendationibus, saec. XIV, foll. 175 (fere omnia eiusdem manus), diversorum auctorum opera, foll. 1r–131v, duodecimque Luciani foll. 132r–175r conti-

nens. Turpem exemplaris habitum dispositio cum alibi tum in fine textus monstrat, nam fol. 174r ad lineam duodecimam dialogus qui *Bis Accusatus* inscribitur c. 31 αὐτὴν μοιχείας pertinet, sequuntur **nullo intervallo** *Pisc.* c. 25 μάλισθ' ὅταν τὰ σεμνότατα; huius dialogi textus ad fol. 174v linea octava (καὶ κακῶς ἠγό)ρευον, c. 29 pergit; sequuntur textus statim ὦ χρύσιππε οὐ γὰρ δὴ κάλλους, c. 23, qui usque ad fol. 175r, linea septima χαίρουσιν ἀποσκώπτουσι καὶ λοιδορουμένοις, c. 25 pertinet, post haec verba nihil pagina continet. Exemplaris folium retrorsum ligatum esse manifestum est. Scholia et emendationes nonnumquam praesto variis manibus exarata, in *Bis Acc.* et *Piscatoris* fragmentis desiderantur. Nomina nonnulla desunt. *Bis Acc.* et *Pisc.* fragmenta titulis, nominibus litterisque initialibus sententiarum quae alibi (nomm. marg.) adsunt, carent. Interpunctio omnino singulis punctis enotata. Compendia creberrima. Folia quaedam amissa, multa madore corrupta, margines resecti quorum inferiores praesertim tineis foedati.

Alterius seu γ classis manuscripti codices hi sunt:

Vaticanus gr. 90, saec. X, foll. 353 (+176[ab]), membr., Γ cum scholiis. Nonnulla folia amissa. Codicis supplementa Isidorus Cardinalis Ruthenus saec. XV addidit. *V. A.* in foll. 97r–101r, *Pisc.* foll. 101r–108v continentur. Correxerunt codicem cum alii tum Alexander Nicaeensium episcopus, saec. X. Binis punctis omnino sententiae dividuntur, nomina in *V. A.* in marg. praesto sunt, in *Pisc.* multa desiderantur.

Laurentianus Conv. Soppr. 77, membr., saec. X, cum Φ/φ supplementis trium manuum, saec. XIV/XV, et scholiis, foll. 284 (97 bis); *V. A.* foll. 83v–89r, *Pisc.* 89r–99r inveniuntur. Divisiones sententiarum modo binis punctis (altero in parte antiquiore nonnumquam serius addito),

modo singulis notantur. Nomina modo in marg., modo intra lineam in codicis recentiore parte, in marg. in antiquiore praesto sunt, nonnulla serius addita, multa in *Pisc.* parte antiquiore desunt. Correxerunt codicem manus tres, ut vid. Pars antiqua passim madore corruptus, margines fort. saec. XV resecti. Dispositio *V.A.* et *Pisc.* haec est: Φ^{a} (sic Vitellius): *V. A.*, 83v–85v σπουδαῖον γὰρ ἐν αὐτοῖς οὐδέν, c. 13; Φ: 86r κενεὰ δὲ πάντα -- 88v τί ἂν πράττοις, c. 27; Φ^{a}: 89r ἐμμελῶς -- μέλλομεν (fin.); *Pisc.*: 89r -- 90v δικανικόν τινα εἶναι, c. 9; Φ: 91r τινα εἶναι (in ras.) καὶ πανοῦργον -- 96v καὶ μέχρι, c. 36; Φ^{a}: 97^{r} γε πολλοῦ -- 97^{2}v αὐτῶν ἴδοις, c. 46; Φ: 98r ὑπερορῶντα -- 99r δεησόμεθα (fin.). Partes recentiores quas ad *V.A.* et *Pisc.* pertinent Φ^{a} Vitellius ego φ appellavi.

Ω Marcianus gr. 434, membr., foll. 447 (+322^{a}). Constat duabus partibus quarum prior (foll. 3–268), saec. X/XI, posterior foll. 269–447, saec. XV exarata. Accedit index recentissimus 1r–2r. *V.A.* in foll. 123v–128v, *Pisc.* 128v–138v continentur. Scatet scholiis et emendationibus pars antiqua, variis manibus exaratis, quarum una eadem quae cum aliis cod. Vat. 90 correxit esse videtur. Rasurae creberrimae. Divisiones sententiarum mos erat librario plerumque binis punctis enotare. Nomina partis antiquioris plerumque in marg. inveniuntur, quaedam serius addita.

L Laurentianus Plut. 57.51. Codex membr., saec. XI, foll. 279 cum supplemento saec. XV (foll. 277–279). *V.A.* foll. 147v–154v, *Pisc.* foll. 155r–169r apparent. Scholia et emendationes rarae. Divisiones sententiarum binis punctis librarius enotavit. Nomina in marg. seu intra lineam occurrunt. Nominibus plerisque caret *Pisc.* Folia compluria desiderantur, ut initio opera VIII pessum data sint.

𝔊 Cantabrigensis Add. 2603. Codex chart., saec. XIII, cum scholiis et adnotatiunculis, supplemento passim per

codicem saec. XIV exarato, foll. 456. Continet praeter Luciani opera (*V.A.* foll. 271r–277r, *Pisc.* foll. 277r–287r occupant (saec. XIII)) Synesii epistulas. Divisiones sententiarum singulis punctis enotatae. Nomina in marg. praesto sunt. Emendationes creberrimae.

Laurentianus Plut. 32.13. Codex chart., saec. XIV, foll. 302. Continet Libanii orationes Lucianique opera, quorum *V.A.* foll. 230r–234r (232r–236r secundum numeros minusculos), *Pisc.* foll. 234r–241r (236r–243r secundum numeros minusculos) apparent. Nonnulla passim notata, scholia a librario, ut vid., exarata, variantes quibus signum γρ. praecedit praesto, pauca a librario correcta. Nomina intra lineam addita, plurimis *Pisc.* caret. Interpunctio binis punctis constat. Ductus accuratissimus. *t*

Laurentianus Plut. 57.1. Codex chart., saec. XV, fine mutilus, foll. 328; continet praeter opera Luciani (*V. A.* foll. 187v–191v, *Pisc.* 191v–200r occupant) Synesii, Libanii et Basilii epistulas. Divisiones sententiarum modo binis modo singulis punctis enotantur. Nomina nunc in marg., nunc intra lineam exarata, sed in *Pisc.* paene omnia desiderantur. λ

Laurentianus Plut. 57.28. Codex chart., saec. XV, foll. 367, cum supplemento saec. XVI (foll. 187r–196v) et scholiis. In foll. 218r–222v, *V.A.*, in foll. 222v–230r *Pisc.* inveniuntur. Librarius dialogos ab aliis libellis separavit. Nomina omnino in marg. praesto, divisiones sententiarum binis punctis enotatae sunt. Madore praesertim in fine corruptus; margg. resecti. R

Ambrosianus A 81 sup. Codex chart., saec. XV, cum scholiis et emendationibus, foll. 263. Duobus re vera codicibus constat, quorum prior inter alia Plutarchi opera, alter Luciani libellos cum alios tum *V.A.* foll. 220v–226r, *Pisc.* 195r–206v continet. Divisiones sententiarum binis mos erat librario punctis enotare. Nomina pauca praesto f

sunt intra lineam exarata. A rubricatore codex perraro exornatus. Madore praesertim in marginibus corruptus.

b Ambrosianus A 218 inf. Codex chart., saec. XV, foll. 399 (+ 53ª, 56ª, 57ª, 58ª, 62ª, 136ª, 143ª, 201ª), cum scholiis. Continet plurimos Luciani libellos, quorum *V. A.* foll. 270r–274v, *Pisc.* 274v–283v inveniuntur. Emendationes rarae, quarum quaedam a librario ipso, ut vid., exaratae. Nomina multa desunt; interpunctio interdum incerta, nam nonnumquam singula puncta nomine absente fine sententiarum invenimus. Codex eleganter ornatus, habitu optimus.

w Ambrosianus M 41 sup. Codex chart., saec. XV, foll. 209, variis manibus exaratus. Continet solum duo Luciani libellos, videlicet *V.A.* foll. 106r–113v usque ad ἐμβαλὼν ἐς τὸν μύλων [sic], c. 27, et dialogum qui inscribitur *Soloecista*, alia manu, alia cum dispositione exaratum. Praecedunt plurium auctorum praesertim medioaevalium opera. Continet *V. A.* pauca quae ex σημ (h. e. σημείωσαι) consistunt scholia. Emendationes rarae. Nomina intra lineam praesto. Librarius interpunctionem sententiarum nunc singulis punctis nunc nullis, sed magno intervallo enotavit. Dialogus qui inscribitur *V. A.* ut vid. festinanter scriptus, nam erroribus orthographicis et compendiis scatet.

p Ambrosianus P 116 sup. Codex chart., cum scholiis, quorum unum solum in nostris dialogis invenitur, saec. XV, foll. 184, binis columnis exaratus. Continet primum cum Boethii vitam et *Consolationis* versionem Planudeam tum Luciani opera, quorum *V. A.* foll. 75r–77r, *Pisc.* 77r–82r invenimus. Pars Lucianea continens usque ad dialogum qui inscribitur *Menippus* c. 9 περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην, ἀφίκνου, fol. 114r, ad columnae alterius lineam secundam pervenit. Sequuntur Aristeidis et Libanii opera. Emendationes rarae. Nomina intra lineam exarata.

Interpunctionem plerumque singulis punctis magnoque intervallo enotavit librarius. Codex litteris initialibus ornatus, passim eleganter praetextus. Folia quaedam madore aliquatenus foedata.

𝔅 Vaticanus Palatinus gr. 174. Codex chart. saec. XIV, foll. 302 cum scholiis et initialibus, duabus ex partibus constat. Continet Luciani opera cum alia tum *V. A.* foll. 96v–100v, *Pisc.* 100v–108r. Pars altera foll. 121r incipit, fine mutila. Librarius partis alterius, ut vid., multa correxit, foll. 56 exaravit. Scholiis *Pisc.* caret. Textum similiter ambo disposuerunt. Interpunctionem binis punctis enotaverunt. Nostrorum dialogorum nomina aut intra lineam aut in marg. cum a librario tum a correctore exarata. Folia resecta madoreque quaedam foedata.

T Vaticanus Palatinus gr. 213. Codex chart. cum scholiis et litteris initialibus magna ex parte duabus manibus exaratus, saec. XV (foll. 1–40), XIV (41–fin.), foll. 298. Continet codex Aphthonii, Planudis Hermogenisque opera, tunc in foll. 141r–240v Luciani libelli cum alii tum *Pisc.* (foll. 192v–200v) inveniuntur. Sequuntur Moschi et Libanii opera. Nomina intra lineam exarata. Interpunctionem Lucianeorum librarius modo binis punctis modo singulis longoque intervallo enotavit. Partis alterius folia quaedam madore foedata, ad finem codicis quaedam pessum data, tria sic refecta ut quasi dimidium textus solum remaneat.

I Vaticanus Urbinas gr. 118. Codex chart., cum scholiis, saec. XIII (XV/XVI in supplemento), foll. 312, Luciani libellos plurimos continens. In foll. 100r–103v *V. A.*, foll. 104r–110v *Pisc.* invenitur. Librarius recentior post folia deperdita nova suppeditavit, libellos ab initio deficientes ut monstrat index addidit, foll. 8r–16v, 23r–32v, 39, 218r–223v, 241r–248v, 265r–312 exaravit. Correctorum princeps omissiones supplevit. Nomina intra lineam ad-

sunt, multa in *Pisc.* desiderantur, pauca manu correctoris scripta. Folia multa madore tam corrupta, ut textus non legi possit.

𝔏 Vaticanus Urbinas gr. 120. Codex chart., cum scholiis, saec. XIII/XIV, foll. 270. Continet Leonis sapientis carmina Lucianique opera duabus aliis manibus quarum una foll. 3r–48v, 49v–123v, altera 49r, 124r–270r, 270v partem (praeter 92r–v tertiae cuiusdam manus) scripsit exarata. In foll. 53r–58r *V. A.*, 58r–69r *Pisc.* invenitur. Post fol. decimum IV circiter folia amissa. Foliorum seriem olim disturbatam V. D. Stornaiolus foliis novis numeris hic adhibitis uncis inclusis instructis restituit. Correctorum unus foliorum 3–123 supplementa addidit aliaque emendavit. Tituli, litterae initiales et nomina frequenter desiderantur. Nomina quae praesto plerumque in margine inveniuntur. Interpunctionem binis punctis quorum sunt quae ni fallor serius addita librarius enotavit. Dispositio foll. 124–270 fere eadem ac foll. 3–123 est. Emendationes illius partis, quaedam fort. huius partis librarii sunt. Aliis in foliis alia est ductus magnitudo. Compendia creberrima. Alia folia madore corrupta, alia refecta.

f^R Vaticanus gr. 86. Codex chart., cum scholiis et emendationibus quibusdam, saec. XIV, foll. 273, Lucianea continens, quorum *V.A.* foll. 228v–233v, *Pisc.* 183r–192v inveniuntur. Nostris in dialogis librarius, ut vid., variantes lectiones quibus verba γϱ. aut ἄλλως praecedunt posuit. Nomina plerumque intra lineam passim inveniuntur, sed in nostris desiderantur. Interpunctionem binis punctis raro, singulis plerumque magnoque intervallo librarius enotavit. Igni ad finem folia sic afflicta sunt, ut textus non iam legi possit.

V Vaticanus gr. 89. Codex chart., saec. XIV, cum scholiis creberrimis, foll. 422, plerosque Luciani libellos conti-

nens. Folia 128r–132r *V. A.*, foll. 132r–139r *Pisc.* occupat. Illius dialogi series foliorum sic disturbata est, ut foll. 129, 131, 130 hoc ipso ordine legenda sint. Accedit quod foliis amissis textus *V. A.* a verbis c. 20 (περὶ τὴν ἀγοραν) ἀπηντηκότων usque ad c. 27 πόσου (τοῦτον ἄξιον), *Piscatoris* a verbis c. 10 (καὶ Σώκρατες;) ἔοικε γὰρ ad c. 25 μηδὲν ὄντων· (μᾶλλον δὲ καὶ μισεῖσθαι) deficit. Manifestum est alia folia desiderari, quorum VI dialogi qui *De Morte Peregrini* inscribitur V.D.Graevenius e Vat. gr. 1904 recuperavit. Emendationes rarae. Nomina intra lineam duabus vel tribus manibus exarata, multa desiderantur. Interpunctionem binis punctis librarius enotavit. Margines foliorum valde corrupti magna cum iactura scholiorum refecti sunt.

Vaticanus gr. 947. Codex chart. cum scholiis, magna ex parte saec. XIV, foll. 180 (+129[a]), Luciani libellos continens. Folia 94r–100r *V. A.* complectuntur. Codicis initio quibusdam foliis amissis Isidorus Ruthenus nova (foll. 2r–4v, sed eius supplementi primum nunc deficit) saec. XV suppeditavit. Folia initio valde disturbata. Post fol. 168 circiter duo folia amissa sunt. *V. A.* scholiis caret. Emendationes paucae. Nomina intra lineam plerumque, in margine cum persona loqui lineae initio incepit inveniuntur. Interpunctionem singulis punctis magno intervallo librarius notavit. Foliorum anguli inferiores interiores madore corrupti. Nonnulla folia refecta. Margines resecti. Materiei posteriore parte codicis librarius pepercit, nam ductus minor fit, linearum cuiusque paginae ordinatim numerus crescit. y

Marcianus gr. 435. Codex membr., cum scholiis, a. d. 1471, foll. 211, Lucianea continens, quorum *V. A.* foll. 57r–59r, *Pisc.* 59r–63v inveniuntur. Correctiones perrarae. Pleraque nomina desiderantur. Interpunctionem binis punctis librarius enotavit. ϱ

ϑ Parisinus gr. 2110. Codex chart., quibusdam cum scholiis, saec. XIV, foll. 128, continet haec: dialogum inepte Platoni adscriptum qui inscribitur *Axiochus* (foll. 1r–10v), Platonis *Gorgiam* (foll. 11r–83v), Luciani *Tyrannicidam* (foll. 83v–84r, usque ad ἀλλ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι λελυπημένος καὶ ἀμυνόμενος, c. 3; hic tractatus alia manu, ut vid., exaratus), foll. 84v–88v inania, *Iovem Tragoedum* (foll. 89r–106v), *Iovem Confutatum* (foll. 106v–112v), *Pisc.* (foll. 112v–128v). Emendationes una vel duae manus suppeditaverunt. Momenti cuiusdam nec scholia nec emendationes *Pisc.* continet. Nomina in marg. aut intra lineam inveniuntur; multa desunt. Interpunctio modo binis modo singulis punctis magnoque intervallo confecta. Folia nonnulla praesertim marginibus interioribus madore maculata, nonnulla refecta, margines resecti ut scholiorum et fasciculorum notarum quaedam amissa sint.

M Parisinus gr. 2954. Codex chart., cum scholiis et emendationibus, diversis manibus scriptis, saec. XIV, foll. 337, quorum scriptura foll. 283–288 carent, Lucianea continens. *V. A.* foll. 235r–238v, *Pisc.* foll. 238v–245r continent. Magna ex parte duabus manibus codex est exaratus, quarum altera foll. 1r–183v, altera 184r–335r invenitur (335v scriptura caret). Foll. 336r–337v quod ad dialecton ionicam pertinet opus glossariumque tertia manu scripta habent. Enumerationum foliorum duarum discrepantia indicat VI foll. 283–288 post IV folia amissa addita. Codicem in editionem principem exprimendam adhibitum e notis ἐτυπώθη et aliis, e.g. πρῶτον τοῦ ῦ (sc. τετραδίου φύλλον, fol. 245r, quae ad editionem principem pertinet) repperit Nilenius. Nomina diversis manibus nostris in dialogis plerumque intra lineam, alibi in marg. exarata. Nonnulla desiderantur. Lineae nonnumquam per spatia quae sententias dividunt ut personam eandem pergere lo-

qui indicarent ductae. Interpunctio binis punctis confecta. Folia quaedam madore maculata, vel refecta. Margines nonnulli resecti.

Musei Britannici Addit. 5110. Codex chart., saec. XV, foll. 213 (+1, + „214"), Xenophontis, Polybii, ps.-Catonis, Procli diversis manibus exarata opera minorisque momenti alia continens. Fol. 85r, sqq. codicis cuiusdam initium offert, nam opera quae his in foliis continentur numeros α-ια ferunt et fasciculi, marg. inf. med. scripti, cum 'α' incipiunt. Lucianeorum textum solum foll. 203r–210v, manu una binis columnis a *V.A.* c.7 (ἔ)γωγε: εἶτ' οὐ δέδιας usque ad fol. 206r, col. alteram, tunc *Pisc.* foll. 206r, col. altera usque ad fol. 210v καὶ γὰρ αὖ, c.34 exaratum, continent. Quae alibi scholia emendationesque dispersae sunt, nostri dialogi carent. Nomina initialesque litterae sententiarum a Lucianeis desiderantur. Interpunctio plerumque binis aut singulis punctis magnoque intervallo enotatur. Madore quaedam maculata, margines tineis aliquatenus laesi. δ

A me hanc editionem conficiente ac hi duo codices minoris momenti (hinc a stemmate prohibiti) collati:

Excerptorum Codex Escorialensis X.I.13, saec. XIII/XIV, qui variorum auctorum opera, Lucianique dialogos qui inscribuntur *Somnium, Convivium* et *Cataplus* continet. Hoc in codice invenimus et excerpta *V.A.*, cc.8, 9, 12, 14, 18, 19, 22, 23, foll. 289r–289v, et *Pisc.*, cc. 8, 10, 12, 14, 17, 18, 19, 20, 22, 23, 25, 34, foll. 293v–294r, 35, 36, 37, 39, 42, 48, 51, 52, foll. 287r–287v. Esc. X.I.13

Codex *Syllogos* 69, saec. XVIII. Continet *V. A.* foll. 239r–257r. Ut recentissimorum fata scrutarer retuli. Syll.69

Typis expressarum editionum quas contuli hae sunt: Editiones.

Florentina seu Alopina princeps, a. d. MCDXCVI a
Aldina princeps, a. d. MDIII b

c Aldina altera, a. d. MDXXII
(Morrhiana, a. d. MDXXX, serius inspecta, in stemmate non inclusa)

d Juntina, a. d. MDXXXV

Monendum has divisiones β et γ ad tempus solum disponi, nam codex quisque per se recensendus est. **Nonnulli lectionibus utriusque classis scatent, ut fere non referat seu classi β seu γ eos attribuamus.** Accedit quod quae de classibus et codicibus statuimus ad hos solum libellos referenda sunt.

Ω-stirps Enucleare quaerenti quae sit inter classis γ[2]) codices ratio manifestum erit codices IMΩϱ𝔭𝔷 arte cohaerere: citemus has lectiones:

V. A. c. 12 ἀκολάστῳ adnotatiuncula quae ἀσώτῳ extrusit
V. A. c. 22 adn. συμβιβάζω quae συμποδίζω exstrusit
Pisc. c. 3 πϱάσσειν f. l. pro πάσχειν
Pisc. c. 32 verba διογένους τοῦ κυνικοῦ adn. intra textum addita (in VT scholium inveniuntur haec verba)

𝔭𝔷 Recentiorum huius stirpis codices 𝔭𝔷 novissimi tam arte connexi sunt, ut aut alterum ex altero descriptum aut ambo ex amisso exemplari derivatos, quod id ipsum ad postremum ad Ω redeat conicias. Erroribus parvi mo-

M menti scatent. Diu constat codices MI ab Ω varie emendato descriptos esse. Tam fidele codicis Ω apographon M

I est ut ab illo solum in quisquilibus differat. I neglegentius scriptus est: e. g., in *Pisc.* c. 51 pro ἀλλ' ἦν (Ω) habet

2) Retrorso ordine de classibus hic disputamus, nam primum codices manuscriptos, tunc editiones typis expressas, quas dubitanter classi β tribueram, tractare decrevi.

codex I ἀλλ' εἰς ἦν; signum autem ·ςς· non vero compendium pro εἰς, sed index scholii quod in marg. invenitur cui praecedit aliud ·ςς·. Codex ϱ, Bessarioni ab Cosma Hieromonacho a. d. MCDLXXI exaratus, apographon codicis Ω, ut docuit Nilenius, est; codici ϱ nonnulli minoris momenti errores adsunt. In aliquibus Mϱ𝔭𝔧, Ω emendatum, I textum codicis Ω pristinum sequitur, quod aetati I et emendatorum codicis Ω adscribendum. ϱ

Alia stirps valde involutior classis γ codicibus L*t*𝔏𝔖λ et φ𝔟 constat. L-stirps

φ𝔟 (hic est illius apographon) cum L solum in aliquibus partis *V. A.* initialis usque ad c. 13 med. consentiunt, ut in c. 4 f. l. μορφή pro φορή. De ceteris vide *V. A.* c. 17 λόγους f. l. pro νόμους, *Pisc.* c. 42 κατὰ τὸν τοῦ ταντάλου τάφον pro κ. τὸν τάλω τάφον. φ𝔟

Codex *t* ab L, ut vid., uno exemplari fort. intercedente, derivatus est. In nonnullis ab L differt ut in *V. A.* c. 2 καλῇ pro ἀγαθῇ L (notandum γρ. ἀγαθῇ in marg.), *Pisc.* c. 9 δικαστικόν pro δικανικόν, c. 19 τί σου τὸ ὄνομα (ου τὸ serius additum?) pro τίς + spat. V litt. + ὄνομα L, c. 43 f. l. σεμνῶν pro μνῶν L, praeter has omissiones: *V. A.* c. 13 τὰ πρήγματα post τίθεσαι (suprascr. t^2) et *Pisc.* c. 27 καὶ σὲ ἀξιοῦμεν post ἀγανακτήσαντες. *t*

Codicis 𝔏 textus, ab L per ambages tractus, cum alios errores tum paucas omissiones magnas monstrat, quarum una uni codicis L lineae congruit, *Pisc.* c. 38: ἄλλο ἢ ἀφεῖσθαι - - φίλον. Accedit quod al. man. nonnulla alterius fontis seu fontium cuiusquam auxilio correxit: cf. *V. A.* c. 22 καὶ τὰ σῖτα δή pro καί + spat. VI litt. + δή L, *Pisc.* c. 14 οἷα ἐπιὼν (hoc v. $𝔏^2$?) ἔλεγεν pro L*t* ἃ ἔλεγεν (ceteri classis γ οἷα pro ἅ), οἷα ἔλεγεν ἐπιών β (ἔλεγε om. ἐπιών s^7𝔄; notandum est commutationem duorum verborum frequenter contaminatione incedere), c. 34 ἀλλ' 𝔏

ὦ θεοὶ καὶ σοφά in καλὰ ὦ θ. κ. σ. e classis β fonte conversum.

𝔊 λ E codice 𝔊 codicem λ fluxisse Mrasio castigato docuit Coenenius. Hoc manifestum erit lectori si conspiciat e.g. *V. A.* c. 2 τίγ̣ϑ$^{\alpha}$ε$^{\lambda}$πρῶτον 𝔊 (olim τίνα πρῶτον), τίνα θέλ πρῶτον λ (post πρῶτον codices classis γ praeter L*ι*𝔏φ𝔟 ἐθέλεις, ante πρῶτον classis β testes θέλεις praebent). Accedit quod codicis λ omissiones distributioni codicis 𝔊 verborum attribuendae sunt, nominumque formas proprias, textus et minimi ambitus errata refert. Codex λ suos errores ut *Pisc.* c. 3 κατανοεῖν pro κτανεῖν addidit, variantes lectiones quibus antecedunt compendium γρ. ex 𝔊 iteravit. Codicis 𝔊 emendationum aliis antecedit κείμενον aliae ex rasura confectae. Fontem emendationum codicem testis Vat. gr. 86 (f^{R}) foede contaminati cognatum esse coniciamus. Huius fontis auxilio evenit ut multis ex classe β, paucis e classe γ (et his praesertim in *Pisc.*) hic ramulus suffusus sit. Accedit quod praesertim in *V. A.* non solum f^{R} sed etiam Σ𝔇Edd. textum qui idem est ac emendationis praebent. Nonnumquam emendationis eventus hiatus iactura est. Minoris momenti sunt lectiones quae in 𝔊λ solis occurrunt. E *V. A.* c. 20, ubi variantes ex β et γ ambae, hoc est ἀπηντηκότων αὐτῷ· αὐτήν … pro ἀπ. αὐτῷ γ aut ἀπ. αὐτήν β, in 𝔊λ inveniuntur, codicis 𝔊 exemplar vel alium antecedentem codicem contaminatum esse scimus. (Eundem textum et f^{R} et Ψ (fort. ante correctionem) praebent.)

Operibus numeri quidam assignati, textus aliaque codici L arte cohaerere codicem 𝔊 monstrant. Cf., e. g., *Pisc.* c. 2 ubi in marg. 𝔊L, υ$^{\pi}$ habent, λ post σοὶ δὲ τί, Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ false, ut vid., in Πυ(θαγόραν) conversum apposuit. υ$^{\pi}$ autem hic pro (ὡραῖον) π(άν)υ compendiose

in L𝔊 ni fallor scriptum est.

Φ/φ 𝔟

Sui generis est stirps quae ex codicibus Φ/φ 𝔟 constat. Manifestum est hunc codicem ex illo post φ additum exscriptum, nam omnes et minoris momenti errores, nonnumquam false emendationes refert. Cf. *Pisc.* c. 23 πρέπει.μνημ⁝ο↓νεύειν Φ (inter πρ- et -νεύειν ($ν^2$ ex β confecto) fort. textus novus additus est), πρέπει μνημονεύειν 𝔟, pro πρεσβεύειν; c. 48 ὅ$\overset{ε}{σ}\overset{ι}{τ}$ις ἐστίν Φ, ὅσει τις ἐ. 𝔟 (pro ὅστις ἐ. β, εἴ τις ἐ. γ). Accedit quod finem scholii ad c. 21 *Pisc.* separatim in 𝔟 scriptum est, nam in Φ finis in marg. sup. fol. 88r ab marg. sup. 87v continuatur, sed aliud marg. *ext. 87v* occurrit, ut in 𝔟 illud librario seriatim legente ab hoc findatur. De origine partis supplementi (φ) iam p. XXIII disseruimus: ea, quod usque ad *V. A.* c. 13 σπουδαῖον γὰρ ἐν αὐτοῖς οὐδέν pervenit, a codicis L cognato derivatum est. Aliae supplementi partes a recentiore, ut vid., classis β lectionibus contaminato fonte tractae sunt.

Γ

Accedit nunc codex celeberrimus Vat. gr. 90, cuius textum varie complures correctores partim classis β fonte usi correxerunt. Ex his emendationibus quaedam post textum pristinum erasum factae sunt, ut nunc recentius apographon textum sic correctum referre exspectes. Codicum recentiorum classis γ nullum qui textum et habitum Γ praeter aliquatenus codicem Vat. gr. 89 refert invenimus. Retinet autem codex Γ -ν et -ν- infixum (e.g. ἐμπιμπλάμενοι) quae per rasuram in Ω pessum data.

V

Inter recentiores alicuius momenti est codex Vat. gr. 89. A codice Γ in minoribus discedit, in aliis cum recentioribus quibusdam congruit, ut in *Pisc.* c. 34 ubi ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν λεόντων cum R𝔅𝔟f suppl. Φ(φ) P^5 pro ἁ. δ. τ. γαλῶν praebet. Quod ad necessitudinem codicis

V cum Γ pertinet, in quisquilibus solis congruere dicere possumus, nam nominum sigla et scholia minora ὡραῖον vel πάνυ ὡραῖον dispositio in ambobus simillima sunt. V. D. Mrasius codicis V libellorum seriem paene eandem atque codicis Ω iam dudum monstravit, sed quod ad textum pertinet nihil inter se consentiunt, nisi fort. *Pisc.* c. 32 (vide supra s. Ω) ubi verba διογένους τοῦ κυνικοῦ intra textum in Ω-stirpe, scholium in V (et T) inveniuntur.

R Erroribus mediocribus non caret codex R, qui multa transposita praebet. Expositu difficilia praetermissa habet. Pauca ex classis β fonte praesertim in *Pisc.* suppeditat. Observamus ac quaedam recensione considerata orta esse: e.g. fort. *Pisc.* c. 10 ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ **ἄδικα** προκαλεῖσθαι pro ἔ.γ. ἀ. οὐκ **ἄλογα** προκαλεῖσθαι, c. 29 ἀριθμούς pro ὠθισμούς (describuntur hic *mores* philosophorum), c. 22 ubi nominibus sophistarum Aristodemus Socratis familiaris additus. *Pisc.* c. 34 variantem λεόντων pro γαλῶν quam supra p. XXV commemoravimus cum V, suppl. Φ(φ), 𝔅𝔟𝔣P^5 tum R praebet. Librarius, ut vid., bis saltem variantes quibus γρ. praecedit scripsit, quod eum alio exemplari usum esse monstrat. Aliquatenus sui iuris sunt scholia, nam nonnulla hic solum inveniuntur. Mrasius codicem R et N affines in hac traditionis parte contendit, sed quod ad textum pertinet solum aliquatenus his in dialogis, ni fallor, in nominum assignatione congruunt.

ϑ Hunc parvum codicem qui *V. A.* non suppeditat classis γ paucis classis β lectionibus insertis esse manifestum est. Accedit quod quaedam ex γ et β commixta adsunt. Nonnumquam idem ac codices Σ𝔣^{R}T𝔅𝔣 et al. praebet. Praetermissio c. XL litterarum in cc. 48–49 δὲ ὅμως: ἰδού τις ἄλλος ὑπόπλατος (γ pro ὁ πλατὺς) ὥσπερ ἡμίτομος habitum exemplaris fort. reddit. Nomina tam variantia praebet ut nonnumquam duo uno in spatio offe-

rat, ut, e.g., cc. 17–18 post πρὸς τὴν δίκην ubi ΣΩ(ΚΡΑΤΗΣ) ΠΛΑ(ΤΩΝ) habet.

Classis γ stirps yw *Pisc.* non praebent. Minime cum β congruunt. Errores modo mediocres modo ingentes praesto sunt, ut e.g. c. 2 μάντιν ἄριστον pro μ. ἄκρον, c. 18 δύο ταλάντων ὠνησάμην pro δύο τάλαντα, tunc persona mutata ὠνησάμην. Manifestum est ab origine perpauca vel nulla nomina ab huius stirpis exemplari vel alio antecedente codice suppeditata, nam his codicibus pro nominibus philosophorum solum ΒΙΟΣ nomen adhibitum. Praetermissio c. 13 ἔχει σπουδαῖον -- πάντα c. XXXVI litterarum fort. dispositionem exemplaris refert. Sed utri exemplar amissum attribuamus? Prima facie non y < w conicere possumus, nam hic serius exaratus est. Manifestum est nonnulla emendationi a quodam addita esse post codici w seu y praecedentium codicum verborum iacturam ut, e.g., *V. A.* c. 4 ἃ σὺ τέτταρα ταῦτα δέκα ἐστί y, ἃ σ. τ. φῄς ταῦτα δ. ἐ. w, ἃ σ. **δοκέεις** τέτταρα, τ. δ. ἐ. codd. Accedit quod nonnullos locos in exemplari maculatos codex y aliquatenus reddit, w et hos et alia verba propinqua omittit, ut c. 12 ἐρωτῶντι ↓δεσπότῃ y, om. w, ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ δεσπότῃ codd., c. 14 ἄμη↓δέον ἅπασιν y, om. w, ἡβηδὸν πᾶσιν vel sim. codd. In c. 13 repetit codex w in marg. falsam lectionem codicis y, in textu omissam: τί ταῦτ' οὖλος y, τί ταῦτα w (οὖλος in marg. a librario ipso, ut vid., exaratum), τί ταῦτα οὗτος codd. (vel sim.) Perpauca contra propositum w < y pugnant, sed vide sis: c. 18 τοῦ γὰρ w f. l. pro τοῦτον y, χρῆναι f. l. y pro χρή w (et al.) recte. y et w communem fontem textu maculatum diverse tractavisse fort. conicias.

Classis γ codices 𝔅 et f strenue inter se congruunt. Usitatos errores orthographicos, praetermissiones, conversiones, etc. continent, quorum nonnulli in 𝔅 ex correctoris

yw

𝔅 f

tractatione orti sunt. Codex f codicem 𝔅 correctum referre videtur. In *V.A.* c. 4, e.g., libri τρίγωνον quod ad Pythagorae tetractyn pertinet offerunt, 𝔅 autem post emendationem stolidam τετράγωνον quod et f praebet. Omissio illius (suppl. marg.) XXXI litt. c. 11 ἦν μόνον -- παρῇ exemplaris habitum fort. monstrat. In *Pisc.* c. 34 λεόντων pro γαλῶν supra tractatum hos codices codicibus RVφ et al. aliquatenus cognatos esse demonstrat. Ineptiae attribuenda sunt multa, ut *Pisc.* c. 14 λαβόντες pro μαθόντες (ad doctrinas quas philosophi didicerunt attinet). Arte scrutanti amborum textus manifestum erit, ni fallor, codicis f textum a 𝔅 derivatum esse, nam et in minoribus huius habitum reddit. Quae a codicis 𝔅 textu discedunt, ingenio, ut vid., librarii tribuenda sunt: *Pisc.* c. 5, e.g., aliquatenus enucleatu difficilem textum habemus, quo a Philosophia Parrhesiades de doctrinis ludens cum quolibet aurum detergente, ut vid., confertur. Librarius fodientem aliquem textum attingere ratus, (nam 𝔅 nondum correctus κόμμασι, ut vid., habuit, ἀποσπώμενον pro ἀποσμώμενον praebet) κόμμασι (seu σκώμμασι) in σκάπτουσι convertit. In c. 38 f ὦ ἀρεταί pro ὦ ἀρετή habet, nam in 𝔅 ΑΡΕΤΑΙ personae sententiae sequenti assignantur. Notandum ambo indices personarum praebere, quorum codicis f et ( )οῖρα φιλοσόφων (initiali omisso) monstrat; ( )οῖρα fort. σεῖρα vel μοῖρα (hoc est delectum philosophorum) vult; in 𝔅 *Pisc.* c. 22 postquam quilibet philosophorum quis causam dicere debeat quaerit, personae mutationem cum alii tum 𝔅 praebet, in marg. notatum μ φι vel sim. apparet. His aliisque consideratis, a 𝔅 ductum esse f conicias. Notandum Coenenium ab apographo amisso codicis 𝔅,f et II alios (hi nostros dialogos non continent) ductos, putare, nam secundum V. D. errores communes contra 𝔅 iam castigatum, separantes autem contra quemque quisque monstrat.

Contaminatam stirpem f^RT ambo efficiunt, quorum f^RT hic solum *Pisc.* continet. In *V. A.* f^R ad classem β vergit, sed f^RT in *Pisc.* cum γ maiore ex parte consentiunt. Ut supra p. XXIV commemoravimus, cum codicis 𝔊 redactore nonnumquam congruit f^R, ut in *V. A.* c. 12 ubi ἀπόζει μύρων pro ἀποπνεῖ μ. una cum 𝔄ΝΣ𝔇 Edd. (idem 𝔊 (et λ) - - suprascr. adnotatiunculae) praebet. Contaminationem in codicis f^R traditione praesto manifestum est in *V. A.* c. 24 ubi post errorem ex homoeoteleuto ortum (qui in cl. β codicibus monstratur), cum ΣΝ codex f^R alteram ex cl. γ sententiam addidit, ut duabus sententiis τὸν μόνον πλούσιον ἐκχύτην turpiter iterarent: ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι περιεκτικόν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον ἐκχύτην: (ΑΓΟ) καὶ μὴν τοὐναντίον φῄς, τὸν νέον μὲν εἶναι περιεκτικὸν σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον ἐκχύτην. (φῄς] ἔφης N; pers. om. f^R), ἐμ. μ. ἀσκῶν εἶ. π., σὲ δὲ τὸν μόνον π. ἐκλύτην χU𝔄 UC^{b}A (ἀσκῶν] ἀσκῶ 𝔄, ἐκλύτην] ἐκχύτην 𝔄), ἐμ. μ. ἀσκῶ εἶ. π. **τὸν δὲ μαθητὴν ἐκχύτην**: ΑΓΟ. καὶ μὴν τ. ἐν. ἔφης τὸν νέον μὲν εἶναι π. σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον ἐκχ. codd. De reliquis dicere possumus errores usitatos praebere codicem f^R, e. g. omissiones, nonnumquam menda singularia. Quae necessitudo inter codices f^R et T constet ut aliquatenus e lectionibus dialogi *Pisc.* conicias fieri potest. Ambo eadem menda seu coniecturas praebent, e.g. c. 10 κατακελεύσαντες pro καταλεύσαντες (philosophi verentur ne quibus Parrhesiades lapidibus coopertus tamquam ansam ad reprehendendum det), c. 26 βραχὺ βιβλίον ridiculum pro παχὺ β. codicum plurimorum (de Parrhesiadis libello quo philosophos irridet loquuntur). Cf. c. 5: post ἄνδρα lacunam f^R solum monstrat, ubi in exemplari sine dubio εὐεργέτην olim maculatum legebatur, T ἄνδρα sine lacuna praebet.

Alia autem invenimus quae ostendunt, ut vid., diverse

ad exemplar quemque redire, e. g. *Pisc.* c. 4 ubi ... τὸν ἀϊδωνέα·   οὑτοσὶ καὶ ἐπίκουρος f^{R}, τ. ἀ. χρύσιππος οὑτοσὶ καὶ ἐπίκουρος T monstrat. Ille fort. χρύσ. personam solum indicare ratus est. Accedit quod priore dialogi parte ubi Lucianum philosophi persequuntur codex T solus quasdam sententias distinxit. Cf. c. 25 ubi ἐν τοῖς διονυσίοις T, ἐν διονυσίοις f^{R} cum aliis praebet, quem locum f^{R} non ab T derivatum fort. confirmare conicias.

De cognatione amborum per lectiones textus per se non liquet. Sed fort. non audacius postulare possis a communi exemplari ductos, unde diverse cum alia tum c. 33 adnotat. γρ. ἀποτροπαίων ὡς αἰσχρῶν (vel sim.) (in f^{R} ut vid, a librario, in T fort. manu alia exaratam) traxerint.

Summatim dicamus ubi diverse β et γ classium codices discedant, f^{R}T classem γ in lectionum 95 %, (*Pisc.*), f^{R} **classem β** in lectionum c. 63 % sequi (*V. A.*).

U Classis β codicum eo classis γ numerus minor est. Vetustus qui *V. A.* et *Pisc.* ambo continet est codex Vat. gr.
χ 1324, qui satellites duo saltem, ut vid., Vat. gr. 2177 et
𝔘 Par. gr. 3012 habet. In *V. A.* c. 9 sic habitus codicis U: ἄγε ὦ προ ↓ ἣν δὲ πρίωμαί σε ..., librario, ni fallor, finis verbi προφῆτα oblito; pro προ, πῶς codex χ, διόγενες codex 𝔘 praebet, quae lectiones emendationes esse videntur. Errorem orthographicum codicis U codices χ𝔘, ut vid., iteraverunt, *Pisc.* c. 44, ubi pro κενὴ δ' codex U καὶ νὴ δ', codices χ𝔘 καὶ νὴ δί' praebent. De nominibus notandum U et alios (fatendum non solum χ𝔘) Aeacum omnino pro Iove ducem venditionis in *V. A.* necessitudine *Piscatoris* ubi ex Orco philosophi eveniant ut Parrhesiadem persequantur adducta adhibere. Accedit quod nomina quae in U, ni fallor, pro capitibus, in χ𝔘 pro personis adhibentur. Quod ad scholia pertinet, c. 6 *V. A.* in marg.

codicis U notatum est fort. manu librarii ad v. ψυχήϊον, ἀντὶ τοῦ ἔμψυχον, in codice 𝔘 καὶ ἔμψυχον in marg. apparet, in codice χ καὶ ἔμψυχον in textum ipsum infertum; et habitus codicis U maximi momenti est, nam dialogus qui *Gallus* inscribitur fol. 41r c. 22 ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον, post folia vacua VIII incipit, fol. 32v finem dialogi qui *Demonactis Vita* inscribitur continet. Et in χ et in 𝔘 verba illius dialogi ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον statim post huius finem media charta occurrunt; codicis χ librarius omissa verba in margg. ext et sup. addidit.

De cetero orthographica menda codicis U in χ𝔘 correcta sunt, -ν ephelcysticum aliquatenus in his pessum datum. Paucos ambo communes errores habent χ𝔘, ut *V. A.* c. 5 ubi pro ἄλλον ἐόντα εἴσεαι, ἄ. ἐ. εἴσεαι **εἶναι** habent, errores complures codex χ proprios, ut in *Pisc.* c. 40 ubi hic εἰ δὲ βούλει πάντας ἥκειν· **τάδε**, ὦ συλλογισμέ, κήρυττε, 𝔘 εἰ δ. β. π. ἥ., **κατάδε**, ὦ σ., κ. praebet, εἰ δ. β. π. ἥ. **κατὰ τάδε**, ὦ σ., κ. codd.; codicis χ verbum τάδε fort. ex κατάδε codicis 𝔘 antiquioris eo ipso haplographia orto natum est. De nominibus codicis χ notandum ex alio fonte quo textus aliquatenus tracta esse, nam modo spatium nomini paratum lineolo extinctum, modo inter verba nomina inferta sunt. Lineoli raro in *V. A.*, saepius in *Pisc.* inveniuntur. Fons codicum 𝔄N cognatus, ut vid., est.

Monendum ac codicem 𝔘 sua menda habere, ut *V. A.* c. 2 ἀσφαλὲς κόσμητον 𝔘, pro ἀσφαλὲς καὶ ἀκόσμητον ceterorum, c. 20 μέντοι pro μέτει (errorem orthographicum quem fort. facile librarius apographi iterasset).

His omnibus indicibus recensitis, χ et 𝔘 ex communi codicis U apographo fort. et aliis inter illos et apographon iacentibus amisso exortos esse conicere ausim.

a *Piscatorem* codex a nunc desiderat. Praeter errores usitatos omissiones et lacunas quae habitum turpem exemplaris monstrant praebet. *V. A.* c. 24, e. g., pro παρὰ τῶν νέων καὶ, π. τ. ν. καινοτομεῖν habet; hoc autem verbum operis quod *Phalaris II* inscribitur c. 9 est, et scriptura usque ad finem huius libelli pergit, post quem tamen subscriptio ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ apparet. Codex quem codicis N cognatorum similem Mrasius affirmat hoc in dialogo immo codicis U fort. similior esse videtur.

$C^{b/c}$A Sui generis, ut vid., sunt codices $C^{b/c}$A, quorum hunc illius apographon recte putavit Siemonsenius. Lectionibus nostrorum dialogorum recensitis incertum quae inter BU antiquos et C cognatio intercedat. In *V. A.* c. 25 facilius omissio quae in Stoici et emptoris diverbio in codice U apparet explicatur si pro οὔ ... ναί verba ναί ... ναί ut in codice C^b nunc occurrit in codicis U exemplari praesto fuisse putemus. Ex hac lectione nil dubium quin a codice U ipso codex C^b non derivetur dicamus. In *Pisc.* communes errores hos notamus: c. 30 παραβαίνοιτο C^cAB, pro παραβαίνοι, c. 37 φιλοσοφεῖν διδάσκουσι C^cAχU𝔘 pro φ. φάσκουσι, c. 51 ὄντινα διδάσκαλον C^bAB pro ὅ. ἔχει διδάσκαλον χU𝔘 al., ὅ. ἔχει διδάσκαλον αὐτοῦ codd. Solus alicuius momenti error qui in C solo invenitur est c. 29 ὠθισμένους pro ὠθισμούς. Errores supra notati antiquitus in communi traditione codicum classis β praesto serius una vel altera stirpe emendari potuerunt, nisi sub traditione codicis C ac traditionum et U et B lectiones latent. His in dialogis nulla sunt quibus codicibus 𝔏 vel 𝔄 vel L ut postulaverunt quidam codicem C adiungamus.

De scholiis notandum unum in *V. A.* solum in C^b invenitur, ad c. 2 κομήτην] πυθαγόρᾳ ↓ ἐπεὶ τῆς ἰ↓ωνίας ἐστὶν↓ ἢ σάμιος. In *Pisc.* duo sunt quae solum in C^c et B (Rabe, *Scholia in Lucianum*, 133. 4–5, 136.10–11.) inve-

niuntur. Haec C^{c} et B codicum necessitudinem arguere non necesse est.

B

De codice B codicum classis β optimo multa amissa sunt ut nunc cum alia tum *V. A.* desideretur. Errata pauca quae codicis B peculiaria sunt praesto. Post καὶ βοήν c. 29 ex homoeoteleuto omissa sunt in B *solo* verba X, sed his omissis tamen verborum cursus sententiam sanam fingit ut librarium apographi cuiuslibet errorem non cogniturum fuisse dicamus. Scholia quaedam solum in hoc codice inveniuntur.

P

Et codex P *V. A.* non continet. Nomina quae post c. 38 *Pisc.* omissa sunt et emendationes supra lineas et in margine exaratas rubricator seu librarius, ut vid., ex γ-classis fonte addidit. Errores perpauci manifesti quorum nonnulli ex emendatione considerata orti. Codicis B textus codicis P similis. Hoc in dialogo minime cum Ψ congruit, quem codicem eundem ac P hyparchetypum habere postulavit Mrasius; P et Berol. Phill. 1515 (Be) eundem fontem habere postulavit Coenenius; hic *Pisc.* nunc desiderat; ex Be V. D. 𝔏 (et per 𝔏 codicem C) ortum esse putavit; nihil quod ad nostrum dialogum pertinet cum his codicem P arte coniunctum esse confirmat.

D

Hic codex turpiter maculatus toto *V. A.* dialogo caret, *Piscatoris* solum fragmentum breve nunc continet. Et exemplar eius maculatum non solum ex, e. g., c. 28 ubi παύσασθε lacuna relicta omittitur, sed ex conversione textus quae folio retro ligato evenit conicias. Errores conspicui pauci. Mrasius codicis N, Coenenius codicum 𝔄 N cognatum D postulaverunt. Re vera c. 23 νῦν λέγε hi omnes praetermittunt, sed cognationem non arguit hic locus, nam librariis singulis haec verba supervacanea videri potuerunt: τοῦτο μὲν μὴ ἐξέταζε μηδ' ὅστις ἐστὶν ὁ ἀληθέστερος (νῦν λέγε).

𝔑 Et hic codex turpiter maculatus solum *Piscatoris* partem ea codicis D longiorem continet. Errores usitatos praebet. Valde contaminatus est, nam cum β paulo minus bis toties quam cum γ assentit. Codici N Mrasius, codici ϑ Coenenius codicem 𝔑 cognatum esse postulaverunt, quae coniecturae textu nostri dialogi recensito non confirmantur.

Ψ Scrutanti hunc codicem consideratas emendationes permultas et ex fonte γ et ex librarii huius seu antecedentium codicum ingenio ortas eum continere manifestum erit. Multa a librario, ut vid., et scribendo et rubricando erasa et contexte emendata. Cum classe γ saepius in *V.A.* congruit. Omissiones conspicuae classis β saepe desiderantur. Conversiones creberrimae. Lectiones nonnullae in quibus textus et classis β et γ miscentur. Maximi autem momenti lectiones quae in Ψ solo modo speciosae modo ridiculae inveniuntur. Speciosarum vide sis *V.A.* c.15 κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιόν μοι **κατακέηται** ἀκούσῃ **αὐτοῦ** μηδὲν δεινὸν ὑπ' ἐμοῦ παθεῖν, pro κ. ὑ. τ. ἱ. μοι **κατακέωνται** ἀ. **αὐτῶν** μ. δ. ὑ. ἐ. π. classis β (classis γ κατακείσωνται et post αὐτῶν, λεγόντων praebet), h.e. de filio solius emptoris non iuvenibus quibuslibet loqui Socrates/Plato debet; *Pisc.* c.2 μνήσασθε δε θούριδος **ὁρμῆς** (fort. -ρμ- post ras. addita) pro μ. δ. θ. **ὀργῆς** -- sed fort. hic verbum ὀργῆς melius ad philosophorum affectus pertinet. (cf. *Il.*, 6.112 ἀνέρες, ἔστε, φίλοι, (Lucianus σοφοί) μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.); c. 6 εὐεργετοῦντας pro εὐεργέτας, c. 39 ὦ μέγα σεμνὴ **δίκη** τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις, pro ὦ μ. σεμνὴ **νίκη** κ.τ.λ. verba quae finis partem Euripidis tragoediarum plurium efficiunt. In aliis quomodo gradibus textus corruptus sit videre possumus, ut c.42 *Pisc.* βομβηδόν codd. sed βομβῇ β, σὺν βομβῇ Ψ, σύν ad textum classis β amputatum explendum addito. Exigue cum aliis codicibus consideratis emendationibus

scatentibus congruit: cf. c. 52 *Pisc.* ἐγκατακαίετε cum ΣEdd. pro ἐγκαίετε.

Complures huius codicis emendationes seu coniecturae statim reiciendae sunt, ut *Pisc.* c. 25 ὦ μέγιστε pro ὦ βέλτιστε, *V. A.* c. 24 δῆλον ὅτι μόνος ὁ σπουδαῖος μισθὸν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ λήψεται· **μανθάνω.** ΧΡΥ(ΣΙΠΠΟΣ) οὐ γαρ ἐμαυτοῦ εἵνεκα λαμβάνω pro δ. ὅ. μ. ὁ. σ. μ. ἐ. τ. ἀ. λ. ΧΡΥΣ. **μανθάνεις**· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ εἵνεκα λ. ubi Philosophus emptorem intellegere dicit.

De nominibus notandum classem γ codicem Ψ in *V. A.* nonnumquam sequi, h. e. Aeacum non adhibet, Platone pro Socrate in *V. A.*, sed Pyr(rh)ia cum β in fine utitur. Complures post textum scriptum sententiarum divisiones nonnumquam lineolo trans spatium nomini relictum transducto mutatae. In *Pisc.* sui iuris sunt quaedam nomina.

Horum omnium ratione habita hunc codicem solum fontem coniecturarum non vero traditionis genuinum exemplum duci opus est.

s⁷𝔄 N

Hos codices ex altera classe contaminatos maxime notandum est. Variantes lectiones quae ex contaminatione et ex librariorum ingenio ortae nonnumquam speciosae adsunt. In lectionibus e margine seu spatio quod inter lineas exstitit in horum codicum textum addendis nonnumquam factum est ut textus classis γ verborum autem ordine converso nunc in his appareat, ut *V. A.* c. 15 μηδὲν λεγόντων pro λεγόντων μηδέν γ, μηδέν UC^b etc., *Pisc.* c. 10 ἀξιῶν δικάζεσθαι pro δικάζεσθαι ἀξιῶν γ, ἀξιῶν BU etc. Aliis recentioribus interdum congruunt, ut *V. A.* c. 12 ἀπόζει, olim pro glossemate sine dubio cum Σ f^R𝔇 Edd. pro ἀποπνεῖ (ἀναπνεῖ Ω-stirps; v. p. XXIX). In c. 7 speciosam lectionem οὐχ ὁρᾷς ὡς **διῇρται** τὸ ξύλον pro οὐχ ὁ. ὡς **διήρτηται** τ. ξ. UC^b et al., οὐχ ὁ. ὡς **διῇρκε** τ. ξ. γ praebent, sed hic saltem haplographia emendatio

oriri potuit. Gradus mutationis textus nonnumquam discerni possunt, ut in *V. A.* c. 23 λεπτογράφοις βιβλίοις **παρατιθέντα** τὴν ὄψιν 𝔄N eleganter pro λ. β. **παραθήσοντα** τ. ὄ. UC^b et al., quae lectio est falsa pro classis γ λ. β. **παραθήγοντα** τ. ὄ., *Pisc.* c. 35 ubi de philosophorum avaritia loquitur Parrhesiades, ὅταν δέ τις ἐπικουρίας δεόμενος ... ἀπὸ **πολλῶν** ὀλίγα αἰτῇ, false ὅ. δέ τ. ἐ. δ. ... ἀπ(ὀ) **ὀλίγων** ὀ. αἰ. BU et al., ὅ. δέ τ. ἐ. δ. ... ἀπ' **οὐκ ὀλίγων** ὀ. αἰ. s^7𝔄N qui textus non inepte *sensum reddit*, c. 44 ὑμεῖς δὲ οἱ κυνικοὶ μήτε ὠθεῖτε (N cum bcd; ὠθῆτε s^7𝔄) ἀλλήλους μήτε τοῖς ξύλοις παίετε (παίητε s^7𝔄), pro ὑ. δ. οἱ κ. μ. **αἰτεῖτε** κ.τ.λ. BU et al. (αἰτεῖται U), ὑ. δ. οἱ κ. μὴ παίετε ἀλλήλους τοῖς ξύλοις codd.; haec lectio est sana, textus classis β (BU ...) fort. ex mutatione παίετε ad ταίετε, τ' αἰτεῖτε, tunc addito in marg. seu inter lineas ex classe γ παίετε ortus est, quem textum s^7𝔄N-stirps vel casu vel considerate emendavit.

Quae de singulis codicibus recensitis dicere possumus?

𝔄s^7 s^7𝔄 usitatos errores, e. g. praetermissiones minoris momenti, etc., et nonnulla considerate mutata, e. g., *V. A.* c. 26 πάνσοφα pro πάνσεμνα, *Pisc.* c. 20 γένος pro εἶδος. Contaminationem praesto esse conicias ex *Pisc.* c. 46, ubi s^7𝔄 ἢν δέ τι ... καταράτῳ ἀνδρὶ **ὑποκριτῇ** ἐντύχῃ ..., β ἢν δ. τ. ... καταράτῳ ἀνδρὶ ἐ., γ ἢν δ. τ. ... καταράτῳ ἀνδρὶ **ὑποκριτῇ φιλοσοφίας** ἐ. praebent. Et nominum distributio contaminationem arguit, nam Aeaco in *V. A.* ut ac U venditionis principe utitur, sed aliqua ex parte diverse ac in U distributo; nonnumquam eodem modo quo in γ sententiae digestae. In c. 7 quidem et Juppiter et Aeacus adhibentur. In c. 14 pars sententiae quam emptor solus dicere debet in 𝔄 Aeaco tribuitur: ΑΙΑΚΟΣ. τουτὶ τὸ κακὸν οὐ πόρρω μελαγχολίας ἐστίν. ΑΓΟ. οὐδέτερον ... ὠνήσομαι, quo loco emptor, non venditionis

princeps Heracliti doctrinas illudere debet. Librarius huius seu antecedentium codicum Aeacum personam in textum inserere conatus esse videtur. In *V. A.* codex 𝔄 eodem modo quo U etc. Socratem pro Platone, Pyrrhonem (seu Pyrrhian) pro 'Philosopho' adhibet, in *Pisc.* ad suum arbitrium nonnumquam nomina, ut in c. 4 Aristippum, sententiis tribuit.

s^7 Codex s^7 qui *V. A.* non continet, et errores interdum emendatos, et litterarum ductum et compendia codicis 𝔄 tam fideliter reddit, ut haud dubium sit, Mrasio aliter iudicando, quin apographon huius sit. Idem ac ego Coenenius in *Iup. Trag.* repperit.

N Accuratius quam 𝔄 ut vid. exaratus tamen et codex N vestigia contaminationis praebet, ut, e. g. *V. A.* c. 24 iam p. XXIX commemoratum ubi (ac in Σf^{R}) textui classis β ex homoeoteleuto (περιεκτικόν ... περιεκτικόν) orto *altera* classis γ sententia addita est. Memento in fine praesertim dialogi *V. A.* **cum classe γ** N arte cohaerere. In *Pisc.* unum locum probabiliter corruptum, ni fallor, librarius N seu antecedentium inepte emendare conatus est: c. 32 καὶ **οὗτος ψόγους** ἐποιεῖτο pro καὶ **οὐ τοὺς λόγους** ἐποιεῖτο (de moribus malis genuinis philosophis a falsos philosophos observantibus adscriptis loquitur Parrhesiades; secundum Jacobitzium et „Codex Anglus", „Excerpta Poli", et „Codex I. G. Graevii" ψόγους praebent). In nominum distributione traditiones classium ambarum cognovisse se librarius codicis N seu librarii antecedentium monstrant. In *V. A.* c. 1 ante πολλοὶ συνίασιν ΕΡΜΗΣ ΑΙΑΚΟΣ (ut U ...) Η ΖΕΥΣ (ut Γ ...) sic sententiae tribuit. Alibi Iove venditionis principe, ut γ, utitur. In dialogi ea parte ubi philosophus qui aut Platon aut Socrates esse debet, initio Socrate (ut β) (puerorum amatore) utitur, ab οἰκῶ μὲν αὐτῷ autem (c. 17) ubi de re publica disseritur Platonem (ut γ) adhibet. Ad finem *V. A.*

Pyrrhone ut β utitur. Nonnumquam divisione sententiarum cum γ assentit. In *Pisc.* diversis quis 𝔄 personis e.g. Luciano (pro Parrhesiade), Platone (pro Philosoph(o/is) / Chrysippo) usus est.

Et iamdudum E. Schwartzius adsentiente Mrasio codicis 𝔄 redactorem virum doctum esse recognovit. Redactoris seu redactorum lucubrationes non solum lectiones per se sed etiam hiatus horror qui cum his codicibus tum 𝔊(iam corr.) λ f^R Σ Edd. praesto est patefaciunt. Quod potest ex apparatu horum codicum eiectorum variantibus lectionibus ut doctorum coniecturis uti debemus.

Σ 𝔇 Edd. (h.e. abcd) Recensenti hos codices editionesque apparebit primos gradus vulgatae hic latere. Recensionis vestigia cum consideratae emendationes tum hiatus horror ostendunt. Hi cum aliis recentioribus aliquatenus consentiunt. Vide sis *V. A.* c. 7 κάλλιστον pro κάλλιον cum 𝔊(iam corr.) λ f^R, c. 12, ἀπόζει pro ἀποπνεῖ cum 𝔊 λ (in his suprascr.) f^R𝔄 N; nonnumquam lectiones quae probabiliter ex lectionibus ambarum classium commixtae sunt praebent, e. g.: *Pisc.* c. 34 οἱ ἰδιῶται δὲ ὁπόσοι **ξυμπίνουσι γελῶσι** δηλαδὴ καὶ καταπτύουσι Σ Edd., οἱ ἰ. δ. ὁ. **ξυμπίνουσι** δηλαδὴ καταπτύουσι β, οἱ ἰ. δ. ὁ. **πάρεισι γελῶσι** δηλαδὴ καὶ καταπτύουσι γ, (ξυμπίνουσι fort. est adnotatiuncula pro πάρεισι), c. 48 ἄβρωτός τε γάρ ἐστι καὶ **εἰδεχθὴς** καὶ **σκληρὸς** καὶ ἄτιμος Σ Edd., ἄβρωτός τε καὶ **σκληρὸς** καὶ ἄτιμος β, ἄβρωτός τε γάρ ἐστι καὶ **εἰδεχθὴς** καὶ ἄτιμος γ, (hic decernere difficile est utrum εἰδεχθής an σκληρός adnotatiuncula sit; fort. Σ Edd. feliciter lectt. ambarum γ et β classium coniunxerunt).

Cum communes errores hi omnes habeant manifestum Σ tamen est non Σ ipsum sed eius cognatum exemplar editionis „a" Florentinae fuisse, nam ille propria menda monstrat. Ex his nonnulla e pronuntiatione litterarum υ, ει et al. (iotacismo) fort. orta, ut *Pisc.* c. 32 γυμνὰ ἐπιτη-

δεύοντα ridiculum pro δεινὰ ἐ., c. 34 ἤ pro οἷον. Alia considerate emendata ut *V. A.* c. 23 λεπτογράφοις βιβλίοις **παρακαθήσοντα** τὴν ὄψιν pro λ. β. **παραθήσοντα** κ. τ. λ. (παρατιθέντα 𝔄N) β (Edd.), quae lectio supra commemorata s. 𝔄N p. XXXVI falsa quidem pro **παραθήγοντα** (γ) est, *Pisc.* c. 4 ἅπαντες οὓς διέσυρες ἐν **τῷ βίῳ** τοῖς λόγοις pro ἅ. οὓς δ. ἐν τοῖς λόγοις, c. 42 ἀναβαίνουσι pro ἀνέρπουσι, c. 48 φοβερός pro φανερός. Verba καὶ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον *Pisc.* c. 9 omissa fort. unam lineam exemplaris monstrat, nisi primum καὶ ... ἀποδώσεταί homoeoteleuto omissis (nam γενέσθαι verbo καί praecedit) tunc μοι τὴν ψῆφον a librario seu redactore quodam codicis aetate antecedentis non comprehensa deleta.

Et Σ per se vestigia ambarum classium locorum mixtorum praebet. De loco dialogi *V. A.* c. 24 ubi altera ex classe γ sententia post magnam classis β homoeoteleuto ortam omissionem addita est, vide supra, pp. XXIX, XXXVIII, ubi de f^{R} vel N disputavimus; *Pisc.* c. 29 **ἄρα παρα**φυλάττετε pro **ἄρα** φυλάττετε classis β false pro **παρα**φυλάττετε classis γ (Edd.), c. 42 ubi antiqua classis β traditio μεστὴ δὲ ἡ ἀκρόπολις κολακείας ἀναισχυντίας βακτηρίας λιχνείας συλλογισμοῦ φιλαργυρίας, γ tamen recte μεστὴ δὲ ἡ ἀκρόπολις ἐν βραχεῖ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων καὶ πανταχοῦ πήρα κολακεία πώγων ἀναισχυντία βακτηρία λιχνεία συλλογισμὸς φιλαργυρία (πώγων om. „a"; πήρα κολακεία πώγων] πήρα πώγων κολακεία bcd), Σ turpiter, μ. δ. ἡ ἀ. ἐν βραχεῖ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων κολακείας ἀναισχυντίας βακτηρίας λιχνείας συλλογισμοῦ φιλαργυρίας. Et in nominum distributione contaminationem monstrat; in *V. A.*, e. g., et Iovem et Aeacum ambo adhibet (permulta in *Pisc.* omissa); notandum errore singulari Σ verba Democriti propria Heraclito, Heracliti propria Democrito tribuisse.

Interdum cum rec., e. g. f^{R} 𝔖(iam corr.) λ 𝔄 N, qui cum aliis tum hiatus evitatione notabiles sunt, consentit.

Edd. 𝔇 Notabilibus erroribus Edd. 𝔇 carent, et quidem nonnumquam feliciter, ut vid., ex ambabus classibus lectiones aliquatenus permixtas traxerunt: *V. A.* c. 2 ἀναθεωρεῖν pro θεωρεῖν β (Σ), ἀναθεωρεῖσθαι γ. Nonnullae minoris momenti omissiones praesto, e. g. *Pisc.* c. 1 κεκμήκατε ὦ ἀρίστιππε pro κ. ὦ ἐπίκουρε καὶ ἀρίστιππε. Nonnumquam adnotatiunculae veram lectionem extruserunt, e. g. *Pisc.* c. 42 ἦρι pro Homerico ὥρῃ, consideratae, ut vid., emendationis alia exempla praesto, e. g. *V. A.* c. 17 ἄκουε δὴ τὸ μέγιστον, ὅπερ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· **δοκεῖ** μηδεμίαν αὐτῶν μηδενὸς εἶναι μόνου, ubi ceteri recte δοκεῖ^{2} omittunt. Persona Aeaco (cf. supra, p. XXXIX, Σ) non utuntur. In *Pisc.* pro philosophis Plato loquitur, dialogi princeps primum Lucianus tunc apologia incohata Parrhesiades appellatur.

𝔇 Faciliter codicem 𝔇 qui *Pisc.* non continet dimittimus. Hic codex arte cum ed. „a“ cohaeret, in minoribus solum differt. Proprios editionis „a“ errores iterat, et eos qui typothetis adscribendi sunt, e. g. *V. A.* c. 17 νεάνικόν [sic] pro νεανικόν, c. 20 ῥήτωρ [sic] pro ῥήτωρ. Scrutanti quales et quantae sint litterae quae compendio nominum personarum appositae sint manifestum erit ex „a“ illas codicis 𝔇 ortas esse.

bcd Quae necessitudo inter editionem „a“ aliasque exstat? Modo errores editionis „a“ retinuerunt modo emendaverunt, ut e. g. *Pisc.* c. 1 οὐκ ἐχρῆν ↓↓ ἔστε σοφοί „a“, οὐκ ἐχρῆν· ἔστε σοφοί bcd, pro οὐκ ἐ. **ἀνέρες** ἔστε σοφοί, verbo ἀνέρες pagina in editione „a“ exeunte omisso; c. 1 βάλλε βάλλε τὸν κατάρατον **τοῖς λίθοις** „a“, β. β. τ. κ. **τοῖς ἀφθόνοις λίθοις** b, β. β. τ. κ. **ἀφθόνοις τοῖς λίθοις** cd codd.; hic editionis c codice quodam adhibito redactor verba τοῖς ἀφθόνοις retroversa in ed. b reddita, ut fre-

quenter in codicibus ex fonte quodam emendatis fit, correxit. Similiter in c. 42 invenitur: πήρα κολακεία „a", πήρα πώγων κολακεία bcd, πήρα κολακεία πώγων γ, (πήρας πώγωνος κολακείας s[7] 𝔄 N). Nonnumquam textus alterius fontis textum pristinum non extrusit sed textui editionis „a", additus est, ut, e. g., *V. A.* c. 6 ἦν **ἐπαφῆς** **ἐς** τὴν σεληναίην bcd R, pro ἦν ἀφῆ(ς) **ἐς** τ. σ. β, ἦν **ἐπαφῆς** τ. σ. „a" codd., *Pisc.* c. 29 αὐτὸς οὗτος bcd pro αὐτός „a" et γ (Σ), οὗτος β, *Pisc.* c. 48 **νῦν ξυν**επιλαβοῦ bcd, **νῦν** ἐπιλαβοῦ a Σ P Ψ (νῦν ἐπ.] ἐπ. νῦν Ψ), **ξ(σ)υν**επιλαβοῦ codd.

Textibus bcd cum manuscriptis codicibus collatis evenit ut codici N fonte arte cognato editionis b redactor ad editionem „a" emendandam uti debuerit, ut iam dudum Nilenius postulaverat. Confer sis *Pisc.* c. 34 κολακευτικώτεροι bcdN pro κολακικώτεροι „a" γ (s[7] 𝔄; om. β), c. 44 ὠθεῖτε bcdN (ωθῆτε s[7] 𝔄) pro αἰτεῖτε „a" β (Σ, om. γ; v. supra s. codicum s[7] 𝔄 N recensione, p. XXXVI).

In minoribus quo modo editionis „a" propria compendia et al. editionis b redactor explicaverit enucleare possumus. In loco *Pisc.* c. 17–18 πρὸς τὴν δίκην: ὁρᾷς, προσεταιρίζεται nomen „A." sic ed. „a" praebet, quod ed. b redactor ad Ἀρι. complevit. Fatendum hic Ἀρι. (h. e. „Aristoteles"?) uti potuisse nostrum, sed ante mos Platone vicem principis philosophorum uti erat; alibi paucis locis ANAB. (h. e. Ἀναβιοῦντες, „redivivi") editiones adhibuerunt, ut et hic „A." pro ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ editionem „a" (ut et in Ω-stirpe occurrit) suppeditavisse conicias. Nomen sic ab ed. b redditum usque ad editionem Reitzianam (h. e. vulgatam) ubi compendiose ΑΡΙΣΤ. redditum est duravit. C. 48 in loco μᾶλλον δὲ χρύσοφρυν: οὔκ, ἀλλὰ γαλεός ἐστι, editio „a" „Ελ." nomen praebet, quod „Ελευ." reddiderunt bcd (h. e. Ἐλευθερία), sed haud dubium est quin Ελ. = Ἔλεγχος (ut habet codex

Ψ), quae persona maximi momenti hac in parte dialogi est; Ἐλευθερία autem, Veritatis ancilla multo ante commemorata (c. 17), nullas magni momenti partes hic agit.

Paucis solum minimi momenti locis inter se singulae editiones non consentiunt. Perpauca editionis d redactor nescioquo codice (ut docet praefatio; hic quidem cognatus codicum 𝔄N est), aliisque fontibus usus, editionis b vel c (haec est ex illa castigata orta) mutavit. Aliquando d sola idem ac „a" habet, sed haec minoris momenti sunt.

Aliae Edd. Maximi laboris est omnium usque ad Reitzianam editionem lectiones investigare.[3]) V. D. Jacobitzius eo industriae pervenit ut in sua editione maiore multarum antecedentium lectiones includeret. His examinatis lectiones editionum abcd (et vero codicis Σ) usque ad Reitzianam duravisse videmus. Minimi momenti maxima ex parte discrepantiae: e. g. *Pisc.* c. 34, e (= Basiliensis I, a. d. MDXLV) ξυμπίουσι pro ξυμπίνουσι; nonnumquam editionis b solius lectionem retinent, ut e. g., *Pisc.* c. 1 τοῖς ἀφθόνοις λίθοις (pro τοῖς λίθοις „a", ἀφθόνοις τοῖς λίθοις cd, codd.). Nil est quod miremur editionem b maioris momenti quam editionem „a" ad posteriores struendas esse, nam redactor huius menda minora multa emendavit, numeros paginis assignavit, textus corpus litteris maiusculis una cum minusculis Aldo Manutio auctore instruxit.

Stirpem Σ Edd. ut summatim describam, his in dialogis fons erat editionis „a" codex codici Σ cognatus, classis β, **valde** contaminatus; similiter ac 𝔄N aliique recentiores (e. g. f^{R}) consideratas emendationes, hiatus horrorem, lectiones speciosas monstrant. Secundum Nilenium aliis

---

3) Recensione iam exacta forte ed. Morrhianam parvulam *Piscatoris* (Lutetiae, a. d. MDXXX) inspexi; quae ut evenit ab ed. b sine dubio derivata est.

libellis Luciani alii fontes adhibiti, ut R, M, N, aliique Florentini, ut Φ, L. In nostris fort. solum codicis L vestigia in minoribus editionis „a“ nunc latent. Re vera ubicumque diverse classes β et γ discedunt, in lectionum 74% Σ, 68%. Edd. (*V. A.*), 51% Σ, 46% (n. b.) Edd. (*Pisc.*) classem β sequuntur, quod fort. alium fontem classis γ editioni „a“ latere indicat. Et Nilenius et Mrasius seriem libellorum et in Σ et „a“ simillimam notaverunt: *Somnium* ceteris omnibus, *Dial. Deor.* quintus ceteris *Deorum Dialogis* praecedunt, separatim *Dial. Deor.* quartum et vicesimum, quintum et vic. praebent; sed Nilenius primos VII saltem libellos ex M derivatos esse postulavit.

Labores VV. DD. qui temporibus Palaeologorum et Doctrinae Renovationis floruerunt in Σ Edd. N𝔄 et al. apparent: contaminatio, hiatus evitatio, lectiones speciosae, etc. Plato pro ceteris verba in ed. „a“ loquens fort. Marsilio Ficino Academiae principi et J. Lascari aeque contextis *Piscatoris* tribui debet. VV.DD. vestigiorum plus in ed. b invenitur, nam N aut cognatus iam redactione affectus in hanc editionem construendam adhibitus est.

Excerpta cum aliorum tum Luciani diversis codicibus ut constat inveniuntur. Ex his codicem Escorialensem X.I.13 saec. XIII/XIV qui cum *Somnium, Convivium, Cataplum,* tum excerpta continet refero. Nostrorum dialogorum dulces exuviae foll. 287r–v, 289r–v, 293v–294r occurrunt. Ni fallor excerpta ex codice classis γ recentiore derivata sunt: cf. *Pisc.* c. 34 ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν λεόντων cum 𝔅fRV𝔟P^5, suppl. Φ(φ). Lectiones huius codicis propriae nonnullae. Legenti haec excerpta manifestum erit nonnulla mutata ut et verba sententiam integram efficerent, et excerpta ad repetendum ac erudiendum quasi proverbia adhiberi possent. Quare, e. g., quae

Esc. X.I.13

sententias alligant particulae, δέ, γάρ, etc. nonnumquam omittuntur; pronomina, alia quae ad *contexta* pertinent praetermissa aut immutata; nonnumquam aliquid ex contextis derivatum ut integra sententia effici posset additum, e.g. c. 22 *V. A.* ubi codex noster **οἶδα** λόγων πλεκτάνας αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας pro τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας (τάς om. β) αἷς σ. τ. π. Haec in dialogo emptori τί δὲ ἄλλο μάλιστα φῂς εἰδέναι roganti Diogenes respondet. Certum est excerpentem εἰδέναι ex contextis in οἶδα conversum excerpto suo ut integrum efficeret addidisse. Haud dubium est quin excerptis subsidio usuro cuilibet quam cautissimo esse necesse sit, nam saepe ut in locum proverbii adhiberentur haec de genuino fonte deformata sunt.

Syll. 69 Nil est quod miremur codices recentissimos id est saec. XVII–XX, qui saepe aetate in catalogis praetermittuntur, textum impressarum editionum vetustarum seu recentiorum et earundem ipsarum exemplaribus a typothetis multiplicatarum, numeroque auctarum reddere (cf. supra de Ottob. gr. 330, p. XL); ex his Turcicum Syllogon 69, saec. XVIII qui *V. A.* foll. 239r–257r continet contuli. Lectiones editionum vetustarum praesertim editionis b propriosque errores minoris momenti nonnullos monstrat. Errores nonnulli editionum abcd emendati, e.g. c. 4 καὶ νόον καὶ ἁρμονίην recte pro καὶ ἁρμονίην abcd. Fons aut editio impressa aut codex editionis apographon aut editio manu cuiusdam quod nonnumquam fit emendata. Probabilius est cum hunc codicem recentissimum tum alios eius aequales vulgatam traditionem quae magis magisque per saecula a typothetis multiplicata est referre.

Collectanea Accedunt nunc testes qui textum Lucianeum in minoribus solum praebent, quae ex marginibus codicum virorum doctorum tracta „collectanea" frequenter appellantur. Alicuius momenti in Iacobitzii apparatu sunt. Haec

conspicienti a coniectura aut codice iam nobis e. g. N noto derivata videbuntur. Diverse ac codices nonnumquam nomina suppeditant praesertim in *Pisc.*, quod et in codicibus ipsis singulatim recensitis notavimus. Haec ut vid. secundo loco prudenter teneamus.

Versiones

Sunt autem testes et codices manuscripti et impressi qui non vero textum graecum Lucianeum sed a viris doctis in sermonem latinum vertum praebent. De his quorum nonnulli aetate impressis graecis antecedunt, disseruerunt complures, quorum Goldschmidtius et Rysschaertius et Lockwoodius lectori consulendi. Fatendum est, ni fallor, huius generis plurimos textus non iam accurate recensitos esse, sed editio impressa a. d. MCDLXX G. Lauero tributa quae cum alia tum *V. A.* a Rinuccio aut Persona vertum continet a Goldschmidtio conspecta est, qui philosophorum doctrinarum ignorantia textum erroribus nonnumquam stolidis scatere affirmat. Cum hi fontes per se studio digni sint, nescio an minores futuri sint quam testes antiquitus in linguam Syriacam vel Arabicam in locum textus graeci nonnumquam adhibendi versi, praesertim si eo tempore complures classium βγ boni testes interpretibus aderant.

loci allati

Aliquantum verba nostri serius medii aevi (testimonia quidem antiqua perpauca nulliusque momenti sunt) auctorum operibus commemorata vel prolata sunt. Nonnulla in opere Thomae Magistri quod *Ecloga Vocum Atticarum* inscribitur, in opere quod *Chiliades* inscribitur Ioannis Tzetzis nonnulla inveniuntur. Nil novi, nil alicuius momenti in his quoad scio occurrunt, quod ad textum construendum valeat.

Lucianeorum imitationes

Accedunt tandem medii aevi auctorum libelli qui nostrum imitati sunt. Notus est dialogus Theodori Prodromi quo illustres quidam venum dati. Manifestum legenti est hunc exemplar *V. A.* Luciani habere, argumentum simile,

orationem similem monstrare, qui nihil autem ad textum restituendum valet, nam verba nostri ipsa non reddit, non praebet. Melius igitur erat cum alios tum Fritzschium Prodromi locos non attulisse.

Qui singuli codices aliique testes singuli recensiti ad textum conficiendum necessarii sint et sufficiant nunc decidere debemus. Omittendi quidem apographa eique qui nihil ad textum restaurandum contaminati erroribusque scatentes afferunt. Monendum quidem his semotis nos nullo modo cetera faciliter decernere; nonnumquam variantes lectiones eius modi invenimus ut vel una vel altera fort. considerate a redactore quo tempore fort. uncialibus librarii usi sunt mutata genuinum non reddat, e. g. *Pisc.* c. 21 (ad Minervam pertinet) ἅτε δὴ ἐπίσκοπος οὖσα (β), ἅτε δὴ ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα (γ).

Nostris in dialogis classis γ eo classis β textus longior est, nam haec praetermissiones, illa additamenta quorum nonnulla pro insiticiis habeamus praebent; accedit quod classis β hiatum maiore ex parte evitat.

β : B Classis β optimus est B, sed hic codex cum aliis libellis U tum *V.A.* caret. Iuxta B secundo loco codex U est. In *V.A.* et eo et alio classis β ad codicem U adiuvandum uten- C^b dum. Subsidio codex C^b mea sententia advenit. Cum Mrasius aliique eum ut codicem mixtum contemnant, nulla causa est quin eum in singulis dialogis bonam tradi- Ψ tionem reddere putemus. Codex Ψ quem in locum B vel U absentis adhibere posse se putat Mrasius re vera interpolatis aliisque erroribus scatet. Eundem habitum minore ex parte N et cognati monstrant. In *Pisc.* B U satis classis β traditionem referunt. Accedit alius testis lectiones clas- Γ^a sis β antiquitus in codice Γ praesertim ab Alexandro additae quae autem quod ad nostros dialogos pertinet mi-

nus quam in aliis valent: e.g. in *Icarom.* ab aliis classis β et antiquis Alexandri lectiones discedere docuit Macleodius.

γ: Γ

Classis γ solum antiquos ΓΦΩ ad apparatum construendum necessarios idoneosque habemus, quorum codex Γ multo optimus est. Subsidio eius quidam adveniant ut perpaucos codicis Γ errores, nonnullorumque locorum genuinum textum rasura pessum datum corrigant vel in lucem adferant.

ΩΦ L

ΩΦ in minoribus classis β codicibus congruunt. Manifestum est lacunis codicem L ab Γ ipso non derivatum esse, sed huic interdum congruit, ut *Pisc.* c. 35 μεταίτης L Γ pro προσαίτης (hoc verbum fort. f. l. pro προσαιτοίη (β) est). In minoribus classi β congruit. Cum L codicis Γ similis ad traditionem magna ex parte errores suos addat primi ordinis testis mea sententia non habendus est. Fatendum autem hunc codicem in minoribus nonnumquam lectionem sanam offert.

Ut summatim dicam nostris dialogis solum hi codices *penitus* adhibendi: ad textum *V. A.* restituendum ΓΦ (h. e. pars antiqua), Ω/UC^b, ad *Pisc.* ΓΦΩ/BU. Quoad feliciter emendationem bonam recentiores praebent subsidio accedant.

stemma

Eo audaciae non adveni ut stemma quod quae inter omnes testes certissimae necessitudines omnino exstent ostendat construere possim, nam traditio est aliquatenus aperta, nonnulla inter classes fort. contaminata, et II solum dialogos huic volumini recensui, h. e. in traditionem Lucianeam ut quod iam dixi iterem quasi fossam altam sed angustam fofodi. Stemma quidem lectori offero quod quae de codicibus necessitudinibusque supra dixi compendiose reddat. Necessitudines codicum lectionibus in lucem prolatas lineis fractis, apographa exemplaribus solidis lineis connexi; litteras (β) et (γ) non vero hyparche-

typos sed fontes qui quisque ad alterius classis codices nonnullos lineis fractis adnexi lectiones suppeditaverunt adposui.

De re orthographica

De rebus orthographicis conplures disseruerunt quorum plurimi has res investigaverunt quo tempore manuscripti codices Lucianeae traditionis lacunose vitioseque cogniti erant. Testibus iam melius exploratis fatendum tamen nos novisse melius non quod Lucianus ipse scripserit sed quod codices utriusque classis praebeant. Accedit quod noster cum de his rebus sententias passim dederit eas tamen singulatim non comprehendere semper possumus ut quid scripserit quolibet loco pro certo sciamus, suaque praecepta semper longam per aetatem diversaque per opera eum secutum non postulandum: libellus iocosus qui *De Iudicio Vocalium* fertur Lucianum si quidem auctor eius est certa praecepta orthographica diligenter secutum esse non docet. Fatendum ac nostrum diversis locis vel dialectos vel scriptoris antiqui elocutionem imitantem diversam orthographiam adhibere potuisse.

ξυν/συν ἐς/εἰς

Quod ad nostrorum dialogorum habitum pertinet, lectorem de verbis vel praepositionibus ξυν/συν, ἐς/εἰς quot sint quomodoque inter classes β et γ dividantur certiorem facere velim. Locis ionico sermone scriptis exceptis, ambae una classes ξυν/συν, ἐς/εἰς (h. e. non aliter diverse textum praebent) habent (*hic* γ = ΓΩΦ, β = UC[b] (*V. A.*), BU (*Pisc.*))

V.A. ξυν/συν 20: 1 ξυν, βγ
18 συν, βγ
semel β συν, γ ξυν
(accedit quod bis contra ceteros Ω ξυν pro συν praebet; ubi solum una vel altera classis omnino vicem praebet: γ συν bis.)

ἐς/εἰς 8: 5 ἐς β, εἰς γ
3 ἐς βγ
(semel Ω εἰς, Γβ ἐς)

Pisc. ξυν/συν 33: 17 ξυν β, συν γ
11 συν βγ
5 ξυν βγ
(semel Ω συν adversus ceteros, semel ΒΓ συν adversus ξυν U, semel βΩ συν adversus ξυν ΓΦ; ubi una solum vel altera classis vicem omnino ξυν/συν praebet: β συν semel, semel ξυν).

ἐς/εἰς 25: 9 ἐς β, εἰς γ
16 ἐς βγ
(praeter unum locum ubi metri gratia βγ ambae ἐς monstrant; bis εἰς Φ adversus ἐς cett.
ter εἰς Ω adversus ἐς cett.; ubi una vel altera classis vel ambarum complures sed non omnes omnino vicem ἐς/εἰς praebent:
ter ἐς β
semel ἐς βΓΦ, πρός Ω
semel ἐς γ)

Ex verborum dispositione ξυν/συν, ἐς/εἰς apparet quod ac Coenenius observavit, classem β ad atticum, classem γ ad communem sermonem aliquatenus vergere. Notan-

dum est praecipue classem β semper ἐς uti, cum quo confer sis quod dixerunt Coenenius et Macleodius classem β et contra metri requisita ἐς adhibere. Et ille observavit et in operibus unius traditionis modo ambo ἐς/εἰς apparere modo unum vel alterum abundare. In *V. A.* συν fere semper ambae utuntur, in *Pisc.* classis β ξυν, classis γ συν plerumque adhibet. Quod ad hunc dialogum attinet, Lucianus Aristophanis comoedias hic imitatus fort. ξυν passim ad eius dialecton demostrandam inseruit.

-ττ-/-σσ- Quod ad vicem -ττ-/-σσ- pertinet, ambobus in dialogis solum tres loci adsunt, quos in apparatu notavi, ubi una -ττ- non praebent ambae classes; his locis γ -ττ- praebet.

-ν -ν ephelcysticum codices praesertim ΓΦU, ante rasuram Ω ante consonans saepe monstrant, quod quoad potui nisi fine sententiae vel membri in textu evitavi, in apparatu non notavi.

-ν- -ν- infixum in compositis, e. g. ἐμπιμπ- Γ praesertim retinuit, quod ut ac corrector antiquus seclusi. Haec in apparatu notavi.

dialectos ionica Non minus difficile constituere de sermone philosophorum ionice in *V. A.* cc. 3–6, 13–14 loquentium, nam incertum quoad noster in singulis strenue hanc dialecton adhibuerit an voluerit adhibere. Nonne lectoribus philosophi ionice loqui nonnullis minus accuratius ionice redditis videri potuerunt? Classis γ aliquatenus, huius classis codex Ω praecipue verba ionico sermone fort. olim ficta deleverunt. Verba ionica dialecto expressa retinui, sed hiatum contra codicum testimonium retinere non necesse est, nam ne dicam Lucianum Ionicos semper hiatu non usos esse satis constat. In locis sermone ionico scriptis omnes variantes lectiones quae ad dialecton attinent, praeter -ν ante consonans, in apparatu ostendi.

hiatus De hiatu Lucianus ipse *Hist. Conscr.* c. 46 disseruit, ubi ineptum esse hiatum saepius adhibere, hiatum omnino

ubicumque fugere declaravit. Hiatum, ubi fieri potest ut inter verba praetermissione aut compositione vocalium concursus evitetur, recentiores velut 𝔊(iam corr.) λΣs^7𝔄Nf^R editionesque antiquae nimis fugiunt, classis γ magis quam codices classis β patiuntur. Mea ex sententia mediocritatem propriam fort. classis β codices suppeditant. Fatendum autem verborum conversionibus nunc β nunc γ hiatum praebere. Accedit quod noster qui nonnumquam quos Hyperatticistas appellamus irrisit orthographiae omnino parum singula accurate praesertim operibus non rhetoricis animadvertere debuit. Schmidius in libello qui *Atticismus* inscribitur nostrum hiatum qui elisione non removeri potest minus frequentius in rhetoricis praebere observavit. In his vero fort. quaestio est futilis, nam aliud est scribere, aliud pronuntiare, sed omnium ratione habita hiatum ubi inter verba β contra γ vocalibus omissis seu commixtis fugit illam classem secutus sum.

Classis γ codices probabiliter morem nostri melius aliter quam classis β quorum orthographia nimis attice, ut vid., aliquatenus reddita est monstrant. Hinc illius morem in hac editione, exceptis (e. g. -ἔρχομαι composita quae β fere semper his in libellis contra -ειμι (ibo) classis γ, ni fallor, recte praebet) in apparatu et supra notatis, sequi constitui. ξυν/συν, ἐς/εἰς, hiatum et -ν quod ante consonans invenitur in apparatu praetermisi; variantes lectiones orthographicas solum nonnullas quae raro occurrunt, e. g. μόγις/μόλις, σαυτόν/σεαυτόν, ibi notavi.

Meo arbitrio iota subscriptum verbo φῄς, aliisque ut constat codicibus id adscriptum (quod in antiquis praesertim invenitur) vel subscriptum modo monstrantibus modo praetermittentibus supposui.

Nonnullorum accentum spiritusque notas nihil in apparatu notato correxi.

De sententiarum divisione nominibusque personarum

Antiquos interpunctionem non constanter, nomina dialogorum sententiis apposita solum infimo tempore si umquam adhibuisse nunc satis constat. Quis igitur est quin cum aliquatenus interpunctionem tum nomina adscripta quae redactores vero non ipse noster tradiderint reddere putet? Accedit quod nonnumquam fontes nominum non eidem ac textus. Lectori sic praemonito haec notanda sunt:

V. A.

qui venditioni praeest:

β: Aeacus (passim praeconem agit)

γ: Zeus

Academicus qui venit:

β: Socrates[4])

γ: Plato

Scepticus qui venit:

β: Pyrrho, sed nomen maxima ex parte compendiose in recentioribus redditum quod fort. non Pyrrhonem sed Pyrrhian nomen servile dicere vult.

γ: Philosophus, h. e. philosophus scepticus cui, ut vid., nullum nomen datur.

Pisc.

reus: Parrhesiades vel Lucianus. Antiqui classis β nomina omittunt.

Codices varie personas quae philosophi Lucianum per-

4) Initio libelli huius partis in U „Σωκράτ(ης) (καὶ) Πλάτ(ων)“ invenitur, quod solum rem de qua agitur indicat; in sequentibus „Σωκ(ράτης)“ occurrit.

sequuntur describunt. Nonnulli nomen generale „Philosophos“ praeponunt sed ita nonnumquam compendiose ut non „Philosophos“ sed „Philosophum“ velle rearis, Ω-stirps (a c. 14), Edd. nonnumquam „ἀναβιοῦντες“. Alii alium quasi philosophorum ducem ac „Philosophis“ nonnumquam adhibitis offerunt: Socratem (Ω et al.), Platonem (s⁷𝔄, Σ, N, Edd., Ψ, R), Aristippum (s⁷𝔄), Chrysippum (s⁷𝔄), ut alia praetermittam! Accedit quod nomina in antiquissimis *Piscatoris* testibus B et U desunt, antiqui classis γ praesertim parte ultima huius dialogi ubi e contextis quis loquatur discernere difficillimum nomina praetermittunt, interpunctionem (:) ΩΦ aliquatenus neglegenter disponunt. Nomina a c. 16 paene omnia quae in Ω apparent, multa in parte antiquiore codicis Φ serius addita.

Ex his recensitis manifestum nomina ab auctore nobis non tradita esse.

In *V. A.* academicus philosophus puerorum amator ac rei publicae auctor a nostro fictus est. Certe partes amatoris Socratis personae assignandae, rei publicae auctoris Platoni vel Socrati, nam intra Platonis operum res hic idearum aliorumque auctor est. Nomen „Philosophus“ fine dialogi compendiose apparens loco sceptici cuiusdam qui scepticus hic apparere debeat nescientis (re vera σὺ ὁ Πυρρίας πρόσιθι noster scripsit) vestigia fort. arguit. (Compendium haud dubium quin „ΦΙΛΩΝ“ apud Diogenem Laertium „γνώριμον“ Pyrrhonis commemoratum non velit, ut Menagius postulavit). „Aeacus“ nomen quidem in U ex ambobus antiquitus coniunctis *V. A.* et *Pisc.* ortum est, quod ille inferorum iudex nescioquo modo rubricatori vel librario cuidam in *Piscatore* libello philosophorum ex inferis redivivorum reversorum venditioni praeesse aptus visus est. *Piscatoris* dispositio confusa est cum e contextis aliqua ex parte quis loqui debeat plu-

